1. In finem in carminibus, Pſalmus David, pro octava *h*.

2. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

3. Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

4. Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine usquequò *a*?

5. Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

6. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi *b*?

7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per

c ut tibi ſupplicem & obtemperem.
cc i. meditabor.
d in viis legis tuæ juſtæ.
e *Pſalm.* 13. 3 & 39. 4. *Rom.* 3. 13.
f exhalans fœtorem mendaciorum.
g nos undique cingens tuo favore.
h ſc. mundi ætate, & perfecta beatitudine
a ſupple: non medeberis.
b te laudans vel incitans alios ad laudandum.

per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

8. Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

c Matt. 7. 23. 25. 41. Luc. 13. 27.

9. *c* Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

10. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.

11. Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubeſcant valdè velociter *d*.

d videntes ſeriam & velocem meam pœnitentiam.

PSALMUS VII.

I. Pro ſe contra Semei & Saul orat David. II. Prophetice Chriſtus, ut ob ſuam innocentiam ipſe cum Eccleſia ſervetur, inimici verò ob pertinaciam pœnas luant.

1. Pſalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chuſi *a* filii Jemini (2. Reg. 16.)

a i. e. Æthiopis, ſic Saulem vocat ob morum nigredinem & obſtinationem in malo.

2. DOmine Deus meus in te ſperavi, ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

3. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

4. Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis:

5. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.

6. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat.

7. Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti:

8. & ſynagoga populorum *b* circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere:

b Eccleſia ſupplicabunda & laudans.

9. Dominus judicat populos. Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meā ſuper me.

10. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum, *c* ſcrutans corda & renes Deus. Juſtum

c 1. Par. 28. 9. Jerem. 11. 20. & 17. 10. & 20. 12.

11. adjutorium meum à Domino, qui ſalvos facit rectos corde.

mein Beth waſche ich alle Nacht / und beneẓe mein Lager mit meinen Thränen.

8. Mein Aug iſt vertuncklet vor deinem Grim̃: ich bin veraltet unter allen meinen Feinden.

9. Weichet alle von mir / die ihr Böſes thut: dan der HERR hat die Stimm meines Weinens erhöret.

10. Der HERR hat mein Flehen erhöret / mein Gebett hat der HERR angenommen.

11. All meine Feind ſollen ſich ſchämen / und hefftig erſchröcket werden: ſie ſollen ſich wenden / und Schamroth werden in aller Eyl.

Der VII Pſalm.

I. David bittet / daß GOtt ſeine Unſchuld wolle verthätigen / und ſtraffen die unbillige Läſteruug ſeiner falſchen Schmäher / als deß Semei / und Sauls / II. Im geheimen Verſtand bittet Chriſtus / daß GOtt ihne ſamt ſeiner Kirchen erhalten / und alle Feind ſtraffen wolle.

1. Ein Pſalm Davids / den er dem HERRN geſungen hat um die Wort Chuſi deß Sohns Jemini / (2. Reg. 16)

2. HERR mein GOTT / ich hoffe auf dich: erledige mich von allen / die mich verfolgen / und errette mich.

3. Damit er meine Seel nit einmal hinreiſſe / wie ein Löw / wan niemand da iſt / der erlöſe / und der mich errette.

4. HERR / mein GOtt / hab ich das gethan / iſt Ungerechtigkeit in meinen Händen:

5. Hab ich den jenigen widerum Böſes vergolten / die mir Böſes thäten / ſo ſol ich billich vor meinen Feinden zu Boden fallen / und Hilffloß ſeyn.

6. Mein Feind ſol meine Seel verfolgen / und ergreiffen / er ſol mein Leben zur Erden tretten / und meine Ehr in den Staub führen.

7. Stehe auf HERR in deinem Zorn: und erhebe dich in den Gräntzen meiner Feinden. Und ſtehe auf / O HErr mein GOtt / nach dem Gebott / das du befohlen haſt /

8. So wird dich die Verſammlung der Völcker umgeben. Und um derſelbigen willen erhebe dich in die Höh:

9. Der HErr richtet die Völcker. Richte mich HErr nach meiner Gerechtigkeit / und nach meiner Unſchuld über mich.

10. Die Schalckheit der Sünder wird ein End haben / und du wirſt den Gerechten richtig führen / O Gott der du die Hertzen / u. Nierē durchforſcheſt

11. Meine gerechte Hülff iſt vom HErrn / der den jenigen außhülffet / welche aufrichtig von Hertzen ſeynd.

12.

12. GOtt iſt ein gerechter Richter / ſtarck und
gedultig: ſolte er wol täglich zürnen?
13. Wan ihr euch nit bekehret / ſo wird er ſein
Schwerdt zucken: ſeinen Bogen hat er geſpannet/
und denſelbigen zugerüſtet.
14. Er hat tödliche Geſchoß darauf gelegt / ſei-
ne Pfeil hat er bereitet / das ſie brennen.
15. Sihe / er hat das Unrecht geboren: mit
Schmertzen gehet er ſchwanger / und hat gebo-
ren die Ungerechtigkeit.
16. Eine Gruben hat er eröffnet / und ausge-
grabē/u. iſt in die Grub gefallen/die er gemacht hat.
17. Sein Schmertz wird ihm wider auf ſeinen
Kopff kommen: und ſeine Ungerechtigkeit wird
auf ſeinen Schedel herab kommen.
18. Jch wil den HErrn preiſen nach ſeiner Ge-
rechtigkeit: und dem Namen deß allerhöchſten
HErrn Lob ſingen.

Der VIII. Pſalm.

I. David/in Betrachtung der Creaturen Gottes/ lobt die Göttliche Allmacht / Weißheit und Gütigkeit gegen die Menſchen; II. Jm Prophetiſchen Verſtand Chriſti Hochheit.

1. Zum End / für die Kelter / ein Pſalm
Davids.
2. O HErr unſer HErr/ wie wunderbarlich iſt
dein Nam auf dem gantzen Erdboden:
dan deine Herrlichkeit iſt über die Himmel erho-
ben.
3. Auß dem Mund der jungen Kinder *a* / und
der Säuglingen haſt du dein Lob vollkommen ge-
macht/ um deiner Feinden willen/ den Feind / und
den Rachgirigen zu vertilgen.
4. Dan ich werd deine Himmel anſchauen / die
Werck deiner Finger: den Mond ſamt den Ster-
nen/ die du zugericht haſt.
5. Was iſt der Menſch / daß du an ihn geden-
ckeſt? oder deß Menſchen Sohn/ daß du ihn heim-
ſucheſt?
6. Du haſt ihn ein wenig geringer gemacht als
die Engel/ mit Ehr und Herrlichkeit haſt du ihn ge-
crönet.
7. Und haſt ihn geſetzt über die Werck deiner
Händen.
8. Alle Ding haſt du ſeinen Füſſen unterworffen/
die Schaaf und Ochſen allzuſammen / darzu auch
das Vieh auf dem Feld;
9. Die Vögel deß Himmels / und die Fiſch deß
Meers/ſo die Weeg deß Meers durchwandlen.
10. O HERR unſer HERR / wie wun-
derbarlich iſt dein Nam auf dem gantzen Erdbo-
den.

Der IX. Pſalm.

I. David mit der Synagog ſagt dem HErrn Danck wegen
a Unmündigen/ Ungelehrten.

12. Deus judex juſtus, fortis, & patiens:
numquid iraſcitur per ſingulos dies?
13. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum
vibrabit: arcum ſuum tetendit, & para-
vit illum.
14. Et in eo paravit vaſa mortis *d*, ſa- *d tela & in-ſtrumenta mortifera.*
gittas ſuas ardentibus effecit.
15. *e* Ecce parturiit injuſtitiam: con- *e Iob 15. 35. Iſai. 59. 4.*
cepit dolorem, & peperit iniquita-
tem.
16. Lacum aperuit, & effodit eum: &
incidit in foveam, quam fecit.
17. Convertetur *f* dolor ejus in caput *f i. recidet*
ejus & in verticem ipſius iniquitas ejus deſ-
cendet.
18. Confitebor Domino ſecundùm *g* *g pro*
juſtitiam ejus: & pſallam nomini Domini
altiſſimi.

PSALMUS VIII.

I. Dei magnitudinem prædicat à miris ejus operibus, hominis cauſa factis. II. Propheticè Chriſti dignitatem.

1. In finem pro torcularibus *a*, Pſalmus *a beneficiis & fructibus ſanguinis Chriſti.*
David.
2. DOmine Dominus noſter, quàm ad-
mirabile eſt nomen tuum in uni-
verſa terra! Quoniam elevata eſt magni-
ficentia tua ſuper cælos.
3. Ex ore infantium & lactentium
perfeciſti laudem *b* propter inimicos *b laudari feciſti divinam tuam majeſtatem*
tuos, ut deſtruas inimicum & ul-
torem.
4. Quoniam videbo cælos tuos, ope-
ra digitorum tuorum: lunam & ſtellas,
quæ tu fundaſti.
5. Quid eſt homo, quòd memor
es ejus? aut filius hominis, quoniam
viſitas eum?
6. *c* Minuiſti eum paulò minus ab *c Heb. 2. 7.*
angelis, gloria & honore coronaſti
eum:
7. & conſtituiſti eum ſuper opera ma-
nuum tuarum.
8. *d* Omnia ſubjeciſti ſub pedibus e- *d Gen. 1. 28. 1. Cor. 15. 26.*
jus, oves & boves univerſas: inſuper &
pecora campi;
9. Volucres cæli, & piſces maris, qui
perambulant ſemitas maris.
10. Domine Dominus noſter, quàm
admirabile eſt nomen tuum *e* in univer- *e gloria tua in Chriſto hominum nobiliſſimo*
ſa terra!

PSALMUS IX.

I. Gratias agit Deo David & Synagoga, quòd ſe,

& alios afflictos ab hoſtium injuria tueatur: II. Allegoricè Chriſtus & Eccleſia orat ut perpetuò impios evertat, & pios inopes defendat. Hic Pſalmus in duos apud Hebræos ſecatur.

a Myſteriis. *b* Chriſti.

1. In finem pro occultis *a* filii *b*, Pſalmus David.

2. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

3. Lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime.

c hoſtes mei in fugam verſi infirmati ſunt & defecerunt.

4. In convertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur *c*, & peribunt à facie tua.

5. Quoniam feciſti judicium meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum qui judicas juſtitiam.

6. Increpaſti Gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum & in ſæculum ſæculi.

d inſtar ſonitûs, celerrimè.

7. Inimici defecerunt frameæ in finem: & civitates eorum deſtruxiſti. Periit memoria eorum cum ſonitu: *d*

8. Et Dominus in æternum permanet. Paravit in judicio thronum ſuum:

9. & ipſe judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in juſtitia.

10. Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.

11. Et ſperent in te qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes ſtudia ejus:

13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

14. Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

e retrahis me ab extremis periculis.
f in ſolemnibus conventibus Eccleſiæ.

15. Qui exaltas me de portis mortis *e*, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion *f*.

16. Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

17. Cognoſcetur Dominus judicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.

eines Sigs / ſo er wider ſeinen Feind Goliath erhalten. II. im Geheimen und prophetiſchen Verſtand bittet Chriſtus und Chriſti Kirch / das GOtt ferner wölle brauchen ſein Gerechtigkeit wider die Gottloſe / und ſein Gütigkeit gegen die Fromme.

1. Zum End für die Geheimnuſſen deß Sohns / ein Pſalm Davids.

2. HErr ich wil dir dancken von meinem gantzen Hertzen: ich wil all deine Wunder erzehlen.

3. In dir wil ich frölich ſeyn / und frolocken: deinem Namen wil ich lobſingen / O du Allerhöchſter /

4. Wan du meinen Feind zuruck treibeſt: ſo werden ſie Krafftloß ſeyn / und werden vor deinem Angeſicht zu Grund gehen.

5. Dan du haſt mein Recht und meine Sach außgeführet: du haſt dich auf den Thron geſetzt / der du richteſt in Gerechtigkeit.

6. Die Heyden haſtu geſcholten / und der Gottloß iſt umkommen: ihren Namen haſt du vertilget immerdar / und in alle Ewigkeit.

7. Die Schwerdter deß Feinds haben abgenommen biß zum End: und du haſt ihre Städt zerſtöret. Ihre Gedächtnuß iſt mit einem Schall untergangen:

8. Aber der HErr bleibet ewiglich. Er hat ſeinen Thron zum Gericht bereitet:

9. Und er ſelbſt wird den Erdkreiß in Billigkeit richten / und die Völcker in Gerechtigkeit urtheilen.

10. Und der HErr iſt deß Armen Zuflucht worden: ein Helffer zu gelegener Zeit / und in der Trübſaal.

11. Und es werden auf dich hoffen / die deinen Namen kennen: dan / O HErr / du haſt die jenige niemahl verlaſſen / die dich geſucht haben.

12. Singet Lob dem HErrn / der in Sion wohnet: verkündiget ſeine Thaten unter den Heyden.

13. Dan er hat ihr Blut gefordert / und hat an ſie gedacht: das Geſchrey der Armen hat er nit vergeſſen.

14. Erbarme dich meiner / O HErr / ſihe an mein Ernidrigung die mir widerfahren iſt von meinen Feinden.

15. Der du mich von den Porten deß Tods erhöheſt / damit ich all dein Lob in den Thoren der Tochter Sion erzehle.

16. Ich wil frolocken in deinem Heyl *a* / die Heyden ſeynd in das Verderben geſuncken / das ſie zugerichtet haben. Ihr Fuß iſt mit demſelbigen Strick gefangen / den ſie heimlich gelegt haben.

17. Der HErr wird erkennt werden / daß er Recht ſchaffe: der Sünder iſt ergriffen in den Wercken ſeiner Händen.

a Heyland.

18.

18. Die Sûnder ſollen ſich zur Hôll wenden/ alle Vôlcker/ die GOttes vergeſſen.

19. Dan es wird deß Armen nit biß zum End vergeſſen werden/ die Gedult der Armen wird endlich nit verlohren ſeyn.

20. HErr ſtehe auf/ und laß den Menſchen nit ûberhand nehmen: laß die Heyden vor deinem Angeſicht ihr Urtheil empfangen.

21. Setze ûber ſie einen Geſatzgeber/ O HErr/ damit die Heyden auch wiſſen/ daß ſie Menſchen ſeynd.

Hie fangt der X. Pſalm an bey den Hebreern.

1. HErr warum biſt du ſo fern gewichen / und verachteſt uns zu gelegener Zeit in Trûbſaal?

2. So lang der Gottloß Hoffart treibt/ iſt der Arm in Aengſten: ſie werden ergriffen in den Rathſchlâgen/ die ſie erdencken.

3. Dan der Sûnder wird gerûhmet in den Lûſten ſeiner Seel: und der Ungerechte wird geprieſen.

4. Der Sûnder hat den HErrn erbittert/ nach ſeinem vilfâltigen Zorn wird er nit ſuchen.

5. Er hat GOtt nit vor Augen/ ſeine Weeg ſeynd beflecket zu allen Zeiten. Deine Recht werden von ſeinem Angeſicht hinweg genommen: er wil herrſchen ûber all ſeine Feind.

6. Dan er ſpricht in ſeinem Hertzen: Ich werde nit beweget werden/ und werde ohn Unglûck ſeyn von einem Geſchlecht zum andern.

7. Sein Mund iſt voll Fluchens/ und voller Bitterkeit/ und Betrug: unter ſeiner Zungen iſt Mûh und Schmertzen.

8. Er ſitzt auf der Laur mit den Reichen in geheim/ damit er den Unſchuldigen erwûrge.

9. Seine Augen haben acht auf den Armen: er laurt im Verborgenen/ wie ein Lôw in ſeiner Hôl. Er lauret darauf/ daß er den Armen hinweg reiſſe: den Armen hinweg reiſſe/ wan er ihn zu ſich ziehet.

10. Er wird ihn nider bringen mit ſeinem Strick/ wird ſich bucken/ und fallen/ wan er der Armen mâchtig wird.

11. Dan er ſpricht in ſeinem Hertzen: GOtt hat vergeſſen: Er hat ſein Angeſicht abgewendet/ daß ers hinfûhro biß zum End nit ſehe.

12. Stehe auf HErr GOtt/ erheb deine Hand: vergiß der Armen nit.

13. Warum hat der gottloſe GOtt gereitzet? dan er hat geſagt in ſeinem Hertzen: Er wird nit darnach fragen.

18. Convertantur peccatores in infernũ, omnes Gentes quæ obliviſcuntur Deum.

19. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis: patientia *ff* pauperum non peribit in finem.

20. Exurge Domine, non confortetur homo: judicentur Gentes in conſpectu tuo.

21. Conſtitue Domine legislatorem *g* ſuper eos: ut ſciant gentes quoniam homines ſunt.

Pſalm. X. ſecundùm Hebræos.

1. UT quid Domine receſſiſti longè, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?

2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper *a*: comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.

3. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ: & iniquus benedicitur.

4. Exacerbavit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ *b* non quæret *c*.

5. Non eſt Deus in conſpectu ejus: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur judicia tua à facie ejus: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

6. Dixit enim in corde ſuo: Non movebor *d* à generatione in generationem, ſine malo.

7. *e* Cujus maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua ejus labor & dolor. *f*

8. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

9. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. Inſidiatur ut rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

10. In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum.

11. Dixit enim in corde ſuo: Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam ne videat in finem.

12. Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliviſcaris pauperum.

13. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde ſuo: Non requiret.

ff Chald. Spes.

g juſtum judicem & vindicem, ſc. Chriſtũ.

a plus uritur & torquetur.

b & arrogantiæ.

c impius Deum.

d ab hac meâ felicitate.

e *Infr.* 13. 3 *Rom.* 3. 14.

f ſuo ſermone creat aliis dolorem & laborem.

14. Vi-

14. Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſideras: ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adjutor.

15. Contere brachium peccatoris *g* & maligni *h*: quæretur peccatum illius, & non invenietur. *l*

g diaboli.
h Antichriſti.
l te extirpante, peribit.

16. Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi: peribitis Gentes de terra illius.

17. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis *m* eorum audivit auris tua.

m ad preces: quia prævenis preces.

18. Judicare pupillo & humili, ut non apponat ultrà magnificare ſe homo ſuper terram.

PSALMUS. X.

I. David in Saulis perſecutione ait, ſe, ſuóſque, quòd Deo fidant, in tuto eſſe; II. Myſticè Chriſtus hortatur Eccleſiam, ut Deo confidat in perſecutione, vaticinans: impios & peccatores, malè perituros.

1. In finem, Pſalmus David.

2. IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra *a* in montem ſicut paſſer?

a fuge.

3. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro *b* rectos corde.

b clàm.

4. Quoniam quæ perfeciſti *c*, deſtruxerunt: juſtus autem quid fecit? *d*

c in commune bonum.
d vel peccavit?

5. *e* Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes ejus: Oculi ejus in pauperem reſpiciunt: palpebræ ejus interrogant *f* filios hominum.

e Hab. 2. 20.
f ſeverè ſcrutantur.

6. Dominus interrogat juſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

7. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum *g* pars calicis eorum.

g ventus & horrenda tempeſtas.

8. Quoniam juſtus Dominus, & juſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus ejus.

PSALMUS XI.

I. David petit, ut ſervetur ab impiorum regno omnia occupante. II. Idem precatur Chriſtus ſuis piis affectis, Dei promiſſum urgens.

1. In finem pro octavâ, Pſalmus David.

2. SAlvum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. *a*

a id eſt, nulla ſanctitas & fidelitas eſt inter homines.

---

14. Du ſiheſts freylich / dan du haſt acht auf Müh und Schmertzen: damit du ſie in deine Händ übergebeſt. Der Arme iſt dir überlaſſen: du wirſt deß Waiſen Helffer ſeyn.

15. Zerbrich den Armb deß Sünders und deß Boßhafftigen: man wird nach ſeiner Sünd fragen / und ſie nit finden.

16. Der HErr wird immerdar herrſchen / und in alle Ewigkeit: ihr Heyden werdet auß ſeinem Land vertilget werden.

17. Der HErr hat das Verlangen der Armen erhöret: dein Ohr hat die Vorbereitung ihres Hertzens vernommen.

18. Daß du Recht ſchaffeſt dem Waiſen / und nidrigen b / damit der Menſch ihm hinführo nit mehr vornehme / ſich groß zumachen auf Erden.

Der X. Pſalm.

I. David / als ihm die Flucht von ſeinen Feinden übel außgelegt wurde / gibt zuverſtehen / daß er ſein Zuflucht allein zu GOtt nehme. II. im Geheimen Verſtand ermahnt Chriſtus ſeine Glaubige / in der Trübſaal zu GOtt mit guter Hoffnung zu fliehen.

1. Zum End / ein Pſalm Davids.

2. ICh ſetze mein Vertrauen auf den HErrn: wie ſaget ihr dan zu meiner Seel: flieg hinüber auf den Berg / wie ein Spatz?

3. Dan ſihe / die Sünder haben den Bogen geſpannet / ihre Pfeil haben ſie im Kocher bereit / damit ſie im Duncklen auf die ſchieſſen / ſo aufrichtig von Hertzen ſeynd.

4. Dan ſie haben zerſtöret / was du haſt aufgebaut: was hat aber der Gerecht verwircket?

5. Der HErr iſt in ſeinem heiligen Tempel / deß HErrn Stul iſt im Himmel. Seine Augen ſehen auf den Armen: ſeine Augenlider durchſuchen die Menſchen-Kinder.

6. Der HErr durchfragt den Gerechten und Gottloſen: wer aber die Ungerechtigkeit lieb hat / der haſſet ſeine Seel.

7. Er wird Strick regnen über die Sünder: Feuer / und Schwefel / und ein Sturm-Wind deß Ungewitters / wird ihres Kelchs Theil ſeyn.

8. Dan der HErr iſt gerecht / und liebet Gerechtigkeit: ſein Angeſicht ſchauet auf Billigkeit.

Der XI. Pſalm.

I. David / beklagt ſich über die Untreu und Falſchheit ſeiner Zeit / II. Chriſtus lehrt / daß allein auf GOtt / nit aber auf die falſche Menſchen / zu bauen ſey.

1. Zum End / für die Octav / ein Pſalm Davids.

2. HIlff mir / O HErr / dan der Heilige hat abgenommen: dan Warheit und Treu iſt von den Menſchen-Kindern gemindert worden.

a demüthigen.

3. Sie

3. Sie reden eitle Ding / ein jeglicher zu ſeinem Nächſten: ihre Lippen *a* ſeynd betrüglich / ſie reden auß einem dopplten *b* Hertzen.

4. Der HErr vertilge alle betriegliche Lippen / und die hochſprechende Zungen:

5. Welche ſagen: Wir wollen unſere Zungen groß machen: unſere Lippen ſeynd für *c* uns / wer iſt unſer HErr?

6. Wegen deß Elends der Dürfftigen / und Seufftzen der Armen wil ich jetzt auffſtehen / ſpricht der HErr. Ich wil Heyl ſchaffen / und wil in dem vertreulich handlen.

7. Die Wort deß HErrn ſeynd reine Wort: wie Silber / ſo durchs Feuer bewärt iſt / ſo von der Erden abgeſöndert / und ſibenmahl geläutert iſt.

8. HErr du wolleſt uns bewahren / und behüten vor diſem Geſchlecht ewiglich.

9. Die Gottloſe wandlen rings herum: nach deiner Hochheit haſt du der Menſchen Kinder vermehrt.

Der XII. Pſalm

I. David begehrt von GOtt Errettung in ſeiner Verfolgung: II. Alſo auch Chriſtus / und verſpricht / die Göttliche Güte mit Lob-Geſang zu rühmen.

1. Zum End / ein Pſalm Davids.

HErr / wie lang vergiſſeſt du meiner biß gar zum End? Wie lang wendeſt du dein Angeſicht von mir ab?

2. Wie lang ſol ich rathſchlagen in meiner Seel / und durch den Tag Schmertzen leyden in meinem Hertzen?

3. Wie lang ſol ſich mein Feind über mich erheben?

4. Schaue auf mich / und erhöre mich / HErr mein GOtt. Erleuchte meine Augen / daß ich nimmer in dem Tod entſchlaffe:

5. Damit mein Feind nit etwan ſage: Ich bin ſeiner mächtig worden. Die mich plagen / die werden frolocken / wan ich ſolte beweget werden:

6. Aber ich hab auf deine Barmhertzigkeit vertrauet. Mein Hertz wird in deinem Heyl vor Freuden auffſpringen: ich wil dem HErrn ſingen / der mir Guts gethan hat / und wil Lobſingen dem Namen deß allerhöchſten HErrn.

Der XIII. Pſalm.

I. David beklagt ſich über die gottloſe Menſchen ſeiner Zeiten. II. Gibt Vertröſtung eines beſſern Zuſtands zur Zeit Meſſiä / deſſen Ankunfft er von Hertzen wünſchet.

1. Zum End / ein Pſalm Davids.

DEr Unweiſe ſpricht in ſeinem Hertzen: Es iſt kein GOtt. Sie ſeynd verderbt / und abſcheulich worden in ihren Anſchlägen: es iſt keiner /

a Lefftzen. *b* zweyfachen. *c* von.

3. Vana locuti ſunt unusquisq; ad proximum ſuum: labia doloſa, in corde & corde *b* locuti ſunt.

4. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, ad linguam magniloquam.

5. Qui dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?

6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Ponam in ſalutari *c*: fiducialiter agam in eo.

7. *d* Eloquia Domini, eloquia caſta *e*: argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum ſeptuplum.

8. Tu Domine ſervabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.

9. In circuitu impii ambulant: ſecundùm altitudinẽ *f* tuam multiplicaſti filios hominum.

b duplici corde, ſeu fraudulenter.

c in ſalute.

d Prov. 30. 5

e promiſſa. fidelia.

f ſc. incomprehenſibilem profunditatem judiciorum tuorum.

Psalmus XII.

I. Sicut à Deo David & Synagoga, II. ita Chriſtus & Eccleſia petunt ab inimico defendi, ut à morte liberati, ejus beneficentiam cantent.

1. In finem, Pſalmus David.

USquequo Domine oblivíſceris me in finem? Usquequo avertis faciem tuam à me?

2. Quamdiu ponam conſilia in anima mea *a*, dolorem in corde meo per diem?

3. Usquequò exaltabitur inimicus meus ſuper me?

4. Reſpice, & exaudi me, Domine Deus meus. Illumina oculos meos *b* ne umquam obdormiam in morte:

5. ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adverſus eum. Qui tribulant me, exultabunt ſi motus *c* fuero:

6. Ego autem in miſericordia tua ſperavi. Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

a ut evadã manus Saulis ſeu inimici.

b ut ſciam rationem evadendi.

c de virtute & conſtantia.

Psalmus XIII.

I. Quòd impiorum plena ſint omnia; II. Optat Chriſti adventum, ut bonis ſalutem afferat.

1. In finem, Pſalmus David.

DIxit inſipiens in corde ſuo: *a* Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt qui faciat

a Pſalm. 52. 1.

ciat

ciat bonum *b*, non eſt uſq; ad unum. ℟.

2. Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

3. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum *c*. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio & infelicitas in viis *d* eorum, *e* & viam pacis non cognoverunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.

4. Nonne cognoſcent *f* omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?

5. Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

6. Quoniam Dominus in generatione juſta eſt, conſilium inopis confudiſtis: quoniam Dominus ſpes ejus eſt.

7. Quis dabit ex Sion ſalutare *g* Iſrael? cùm averterit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exultabit *h* Jacob, & lætabitur Iſrael.

b piis operibus ſtudens vel inſiſtens.

c peſtifera loquuntur.

d in actionibus.

e eò tendunt, ut alios conterant & infelices reddant.

f vindicem meam manum.

g Chald. redemptionem vel Redemptorem.

h liberatus ab hoſtium & diabolorum tyrannide.

PSALMUS XIV.

I. David ait: puros & innocuos ingredi tabernaculum: II. Chriſtus novi teſtamenti magiſter & David docet juſtos cælo & æterna quiete potituros.

1. Pſalmus David.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo *a*? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

2. Qui ingreditur ſine maculâ, & operatur juſtitiam:

3. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua: Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adverſus proximos ſuos.

4. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus *b*: timentes autem Dominum glorificat: Qui jurat proximo ſuo, & non decipit,

5. qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit: Qui facit hæc, non movebitur *c* in æternum.

a cæleſti, cujus typus eſt tabernaculum Moyſis.

b id eſt peccator ab illo nihili fit & intrepidè arguitur, ubi res poſtulat.

c non dejicietur in infernum.

auch nit ein einziger/ der Guts thue.

2. Der HErr ſchauet vom Himmel herab auf der Menſchen Kinder / damit er ſehen möge / ob jemand verſtändig wäre / und GOtt ſuche.

3. Sie waren alle auß der Ban gewichen / und zugleich untüchtig worden: und war keiner / auch nit ein einziger / der Guts thäte. Ihr Rachen iſt wie ein Grab / das öffen ſtehet: ſie handlen betrieglich mit ihren Zungen / Natter-Gifft iſt unter ihren Lippen *a*. Ihr Mund iſt voll Fluchens und Bitterkeit: ihre Füß ſeynd ſchnell / Blut zu vergieſſen. Leyd und Unglück iſt auf ihren Weegen / ſie kennen den Weeg deß Fridens nit: Es iſt keine Gottes-Forcht vor ihren Augen.

4. Sollens dan alle Ubelthäter nit erkennen / die mein Volck auffreſſen / wie Brod?

5. Sie haben den HERRN nit angeruffen / haben allda auß Forcht gezittert / da keine Forcht *b* war.

6. Dan der HErr iſt bey dem Geſchlecht der Gerechten: ihr habt deß Armen Rath verſpottet: dan der HErr iſt ſeine Zuverſicht.

7. Wer wird Iſrael geben auß Sion das Heyl *c*? Wan der HErr die Gefängnuß ſeines Volcks abwenden wird / ſo wird Jacob frolocken / und Iſrael ſich erfreuen.

Der XIV. Pſalm.

I. Diſer Pſalm iſt ein Unterrichtung / wie man ſolle beſchaffen ſeyn / daß man möge eingehen in Tabernacul. II. Im Geiſtlichen Verſtand in den Himmel.

1. Ein Pſalm Davids.

HErr / wer wird in deinem Tabernackel wohnen? oder wer wird ruhen auf deinem heiligen Berg?

2. Der ohne Mackel herein gehet / und würcket die Gerechtigkeit:

3. Der die Warheit redet / in ſeinem Hertzen / der keinen Betrug übet mit ſeiner Zungen: Noch ſeinem Nächſten Böſes thut / und keine Schmach annimmt wider ſein Nächſten.

4. Der den Boßhafftigen für nichts hält in ſeinen Augen: aber ehret die jenige / die den HErrn förchten. Der ſeinem Nächſten einen Eyd thut / und betrieget ihn nit:

5. Der ſein Geld nit auf Wucher legt / und über den Unſchuldigen kein Geſchenck annimmt. Wer diß thut / der wird in Ewigkeit nit beweget werden.

a Lefftzen. *b* Urſach zu förchten. *c* den Heyland. *d* von.

Der

Der XV. Pſalm.

I. David erkennt GOttes Reichthum / und deß Menſchen Dürfftigkeit: tröſtet ſich mit der Auferſtehung / und ewiger Seeligkeit. II. Dem geheimen Verſtand nach / gehet diſer Pſalm auf Chriſti Leyden und Aufferſtehung. III. Jm ſittlichen bittet Chriſti Kirch um Gottes Hülff / und Schirm

1. Die Uberſchrifft deß Titels für David ſelbſt.

BEwahre mich O HErr / dan auf dich hab ich mein Vertrauen.

2. Jch hab zum HErrn geſagt: Du biſt mein GOtt / dan du bedarffſt meiner Güter nit.

3. Er hat alle meine Willen wunderbarlich gemacht / an den Heiligen / die in ſeinem Land ſeynd.

4. Jhre Schwachheiten haben ſich vilfältig gemehret: darnach haben ſie geeilet. Jch werd ihre Gemein nit verſammlen im Blut-Opffer / noch an ihre Nämen durch meine Lefftzen gedencken.

5. Der HErr iſt mein Erbtheil / und meines Kelchs Theil: du biſt / der mir meine Erbſchafft wider geben wird.

6. Das Looß iſt mir in einem herrlichen Ort gefallen / dan es iſt mir ein herrliches Erbtheil worden.

7. Jch wil den HErrn loben / der mir Verſtand gegeben hat: ſo haben mich über das meine Nieren auch geſtraffet biß in die Nacht.

8. Jch hatte den HErrn allzeit vor meinen Augen: dan er iſt mir zur Rechten damit ich nit bewegt werde.

9. Darum hat ſich mein Hertz erfreuet / und meine Zung hat gefrolocket: ſo wird auch über das mein Fleiſch in Hoffnung ruhen.

10. Dan du wirſt mein Seel in der Höll nit laſſen / noch geſtatten / daß dein Heiliger **a** die Verweſung ſehe.

11. Du haſt mir die Weeg deß Lebens kund gethan / und wirſt mich durch dein Angeſicht mit Freuden erfüllen: zu deiner Rechten iſt Luſt und Freud ewiglich.

Der XVI. Pſalm.

I. Wie David in Verfolgung II. alſo Chriſtus rufft umb Hülff wider ſeine Feind / und tröſtet ſeine Glaubige mit Hoffnung ewiger Seeligkeit.

1 Ein Gebett Davids.

HErr / erhöre mein Gerechtigkeit: hab acht auf mein Flehen. Vernehm mit den Ohren mein Gebett / ſo nit auß betrieglichen Lippen **b** hergehet.

a Heiligthum. **b** Lefftzen.

Psalmus XV.

I. Sicut David, ita II. Chriſtus Deum Patrem orat, ut ſe conſervet, gratias agens quòd ſit è mortuis excitandus & perpetua felicitate donandus. III. Myſticè Eccleſia petit verbis & in nomine Chriſti ab hoſtibus conſervari.

1. Tituli inſcriptio ipſi David.

COnſerva me Domine, quoniam ſperavi in te.

2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum *a* non eges.

3. Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.

4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea acceleraverunt. Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hereditatem meam mihi.

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea *b* præclara eſt mihi.

7. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum *c*: inſuper & uſq; ad noctem increpuerunt me renes mei. *d*

8. *e* Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.

9. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

10. *f* Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.

11. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia *g* cum vultu tuo *h*: delectationes in dexterâ tuâ uſque in finem *i*.

a Munerum & meritorum, licet illis obleceteris, & præmia retribuas.
b Deus ipſe.
c ut eligerem hanc hereditaté:
d affectus me excitarunt.
e Actor. 2. 25.
f Act. 2. 31. & 13. 35.
g perfecta.
h per viſionem divinitatis tuæ.
i Chald. in æternum.

Psalmus XVI.

I. Ut David, II. ita Chriſtus obſecrat ne perſecutionibus obruatur. Inimicos quidem in hac vitâ fortunari, ſe verò gloriam æternam expectare.

1. Oratio David.

EXaudi Domine juſtitiam meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis doloſis.

2. De

2. De vultu tuo judicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.
3. Probaſti cor meum *a*, & viſitaſti nocte: igne *b* me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.
4. Ut non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.
5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moveantur *c* veſtigia mea.
6. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
7. Mirifica *d* miſericordias tuas, qui ſalvos facis ſperantes in te.
8. A reſiſtentibus dexteræ tuæ *dd* cuſtodi me, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me:
9. à facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circumdederunt,
10. adipem ſuum *e* concluſerunt, os eorum locutum eſt ſuperbiam.
11. Projicientes me nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. *f*
12. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam: & ſicut catulus leonis habitans in abditis.
13. Exurge Domine, præveni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam *g*
14. ab inimicis manûs tuæ. Domine à paucis de terra divide eos in vita eorum: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Saturati ſunt filiis: & dimiſerunt reliquias ſuas parvulis ſuis.
15. Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua. *h*

a affectum cordis mei. *b* tribulationis & tentationis. *c* à recto. *d* mirabiles exhibe. *dd* i. Chriſto & gratiæ. *e* opulentiam. *f* ne viderent miſeriam & moverentur ad miſericordiam. *g* Gladium & potentiam aufer ab inimicis. *h* facies glorioſa.

PSALMUS. XVII.

I. Ut David, II. ita Chriſtus gratias agit, quòd ex maxima rerum deſperatione, quam poëticè deſcribit, victoriam & regnum ſit conſecutus. Multa autem ſoli Chriſto conveniunt.

1. In finem puero *a* Domini David, qui locutus eſt Domino verba cantici hujus, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit: (2. *Reg.* 22. 2.)

a ſervo.

2. Laß mein Recht von deinem Angeſicht außgehen: und laß deine Augen ſehen / was billich iſt.
3. Du haſt mein Hertz geprüfft / und bey der Nacht heimgeſucht: du haſt mich mit Feuer geläutert / und iſt keine Ungerechtigkeit an mir gefunden.
4. Damit mein Mund nit rede von Menſchen Wercken: wegen der Wort / ſo auß deinen Lippen gehen / hab ich harte Weeg gehalten.
5. Beſtättige meine Gäng auf deinen Weegen: damit meine Fußſtapffen nit beweget werden.
6. Ich hab geruffen / dan du haſt mich / O GOtt / erhöret: neige dein Ohr zu mir / und erhöre meine Wort.
7. Erzeige dein wunderbarliche Barmhertzigkeit / der du die jenige erretteſt / ſo auf dich hoffen.
8. Bewahre mich wie einen Aug-Apffel vor den Leuten / die deiner rechten Hand widerſtreben. Beſchirme mich unter dem Schatten deiner Flügel:
9. Vor dem Angeſicht der Gottloſen / die mich plagen. Meine Feind haben meine Seel umgeben /
10. Sie haben ihre Feiſte beſchloſſen / ihr Mund hat hochmüthig *a* geredet.
11. Sie haben mich verworffen / und jetzund umgeben / ihre Augen haben ſie mit Vorſatz zur Erden geſchlagen.
12. Sie haben mich hingenommen / wie ein Löw / der begirig auf den Raub wartet / und wie ein junger Löw / der ſich im Verborgenen aufhalt.
13. Stehe auf / O HErr / kom̃ ihm vor / u. trett ihn unter die Füß: erlöſe meine Seel vom Gottloſen u. dein Schwerdt
14. Von den Feinden deiner Hand. O HErr / ſcheide ſie in ihrem Leben von den Wenigen im Land: auß deinen verborgenen Schätzen iſt ihr Bauch erfüllet worden. Sie ſeynd mit Kindern erſättiget: und was ihnen übrig geweſen iſt / das haben ſie ihren Jungen hinterlaſſen.
15. Ich aber wil in Gerechtigkeit vor deinem Angeſicht erſcheinen: wan deine Herrlichkeit offenbar wird / alsdan werde ich erſättiget werden.

Der XVII. Pſalm.

I. David danckt / daß GOtt ihn von ſeinen Feinden erlöſt: II. Alſo Chriſtus: dan diſer Pſalm iſt ein Weiſſagung vom geiſtlichen Reich Meſſiä.

1. Zum End dem Knecht deß HErrn David / der zum HErrn die Wort diſes Lob Geſangs geredt an dem Tag / da ihn der HErr / auß der Hand aller ſeiner Feinden / wie auch auß der Hand Sauls erretten hat / und er ſprach: (2. Reg. 22. 2.)

a Hoffart.

2. Ich wil dich lieben / O HErr / der du meine Stärck biſt:
3. Der HErr iſt meine Veſte / und meine Zuflucht/ und mein Erlöſer. Mein GOtt/ mein Helfſer/ und ich wil auf ihn hoffen. Mein Beſchirmer/ und Horn meines Heyls / und mein Auffenthalter. a
4. Ich wil den HErrn loben / und anruffen / ſo wird mir von meinen Feinden geholffen werden.
5. Die Schmertzen deß Tods haben mich umgeben: und die Bäch der Ungerechtigkeit haben mich erſchröcket.
6. Die Schmertzen der Höll haben mich umfangen: und die Strick deß Tods haben mich übereilet.
7. Ich hab in meiner Trübſaal den HErrn angeruffen/und hab geſchryen zu meinem GOtt. Und er hat meine Stimm von ſeinem heiligen Tempel erhöret: und mein Geſchrey iſt vor ſeinem Angeſicht zu ſeinen Ohren eingangen.
8. Die Erd ward beweget / und erzitterte: die Gründ der Bergen entſetzten ſich/ und wurden beweget / dan er war zornig über ſie.
9. Es gieng ein Damff auf in ſeinem Zorn: und ein Feuer entbrannte vor ſeinem Angeſicht / davon die Kohlen angezündet wurden.
10. Er neigte die Himmel / und kam herab/und es war dunckel unter ſeinen Füſſen.
11. Und er ſetzte ſich auf die Cherubim/und flog: er flog auf den Flüglen deß Winds.
12. Und er ſetzte Finſternuß / ſich zu verbergen / ſein Gezelt war rings um ihn her: das tunckle Waſſer war in den Wolcken der Lufft.
13. Für dem Glantz / der vor ſeinem Angeſicht war / giengen die Wolcken vorüber / Hagel und feurige Kohlen.
14. Und der HErr donnerte vom Himmel / der Allerhöchſte gab ſeine Stimm: Hagel und feurige Kohlen.
15. Er ſchoß ſeine Pfeil / und zerſtreuete ſie / er machte vil Blitzens / und erſchröckete ſie.
16. Da lieſſen ſich ſehen die Quellen deß Waſſers / und die Gründ deß Erdbodens wurden entdecket. Von deiner zornigen Anſprach / O HERR / vom Anblaſen deß Winds deines Zorns.
17. Er ſchickte auß der Höh / und nahm mich auf: und zohe mich auß vilen Waſſern.
18. Er rettete mich von meinen ſtärckſten Feinden / und von denen / die mich haſſen: dan ſie waren mir zu ſtarck.

a Auffnehmer.

2. Diligam te Domine fortitudo mea:
3. Dominus firmamentum meum *b*, & refugium meum, & liberator meus. *c* Deus meus adjutor meus, & ſperabo in eum. Protector meus, & cornu ſalutis meæ *d*, & ſuſceptor meus.
4. Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis ſalvus ero.
5. Circumdederunt me dolores mortis *e*: & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
6. Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis.
7. In tribulatione mea invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi: Et exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu ejus, introivit in aures ejus. *f*
8. Commota eſt, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.
9. Aſcendit fumus in ira ejus: & ignis à facie ejus exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
10. Inclinavit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus ejus.
11. Et aſcendit ſuper cherubim, & volavit: volavit ſuper pennas ventorum.
12. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu ejus tabernaculum ejus tenebroſa aqua in nubibus aëris.
13. Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.
14. Et intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam *g*: grando & carbones ignis.
15. Et miſit ſagittas ſuas *h*, & diſſipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.
16. Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terrarum: Ab increpatione tuâ, Domine, ab inſpiratione ſpiritûs iræ tuæ.
17. Miſit *l* de ſummo, & accepit me: & aſſumpſit me de aquis *m* multis.
18. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati ſunt ſuper me.

b Hieronym. petra mea.
c Hebr. 2. 13.
d potentia & robur operans ſalutem.
e lethales.
f & ecce venit in auxilium Deus, quem in ſeqq. verſibus poëtica hypotypoſi depingit.
g tonitrua.
h velut ſagittas fulmina.
l auxilium.
m tribulationibus.

19. Prævenerunt me in die afflictionis meæ: & factus eſt Dominus protector meus.

20. Et eduxit me in latitudinem: ſalvum me fecit, quoniam voluit me.

21. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.

n recedens. 22. Quia cuſtodivi vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo. *n*

23. Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo: & juſtitias ejus non repuli à me.

24. Et ero immaculatus cum eo: & obſervabo me ab iniquitate mea.

o meritum meum. Chald. 25. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam *o*: & ſecundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum ejus.

p Ages benignè. 26. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris: *p*

q Ages perverſè ſeu ſeverè contra morem tuum. 27. Et cum electo electus eris: & cum perverſo perverteris. *q*

28. Quoniam tu populum humilem ſalvum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.

r priſtinam gloriam. 29. Quoniam tu illuminas lucernam *r* meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.

s ſuperabo omnē difficultatem. 30. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum *s*.

t puriſſima. 31. Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata *t*: protector eſt omnium ſperantium in ſe.

32. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrū?

u fortitudine. 33. Deus qui præcinxit me virtute *u*: & poſuit immaculatam viam meam.

y 2. Reg. 22. 34. *x* ſc. agiles. 34. *x* Qui perfecit pedes meos tamquā cervorū *y*, & ſuper excelſa ſtatuens me.

z 2. Reg. 22. 35. 35. *z* Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti, ut arcum æreum, brachia mea.

a protectorem Chriſtum Salvatorem. 36. Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ *a*: & dextera tua ſuſcepit me: Et diſciplina tua correxit me in finem: & diſciplina tua ipſa me docebit.

37. Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſunt infirmata veſtigia mea:

19. Sie haben mich übereylet am Tag meiner Trübſaal: und der HErr iſt mein Beſchirmer worden.

20. Und er hat mich herauß geführet auf einen weiten Plan: Er hat mir geholffen/ dan er hatte an mir ein Wolgefallen.

21. Und der HErr wird mich belohnen nach meiner Gerechtigkeit: und nach der Reinigkeit meiner Händen wird er mir widergelten.

22. Dan ich hab die Weeg deß HErrn bewahret/ ū nit gottloß gehandlet wider meinen GOtt.

23. Dan all ſeine Recht ſeynd vor meinem Angeſicht/ und ſeine Gerechtigkeiten hab ich von mir nit verworffen.

24. Und ich wil unbeflecket mit ihm ſeyn/ und wil mich hüten vor meiner Boßheit.

25. Und der HErr wird mir widerum vergelten nach meiner Gerechtigkeit: und nach der Reinigkeit meiner Händen vor dem Angeſicht ſeiner Augen.

26. Mit dem Heiligen wirſtu heilig ſeyn/und mit einem unſchuldigen Mann wirſtu unſchuldig ſeyn:

27. Und mit dem Auſſerwählten wirſt du außerwählet ſeyn/und mit dem Verkehrten wirſt du dich verkehren.

28. Dan du wirſt dem elenden a Volck außhelffen: und die Augen der Hoffärtigen wirſtu demüthigen.

29. Dan HERR du erleuchteſt meine Leucht b: mein GOtt erleuchte meine Finſternuß.

30. Dan durch dich werde ich von der Anfechtung errettet werden/ und in meinem GOtt wil ich über die Maur ſpringen.

31. Meines GOttes Weeg iſt unbeflecket: deß HErrn Wort iſt durchs Feuer bewärt: Er iſt ein Beſchirmer aller der jenigen/ die auf ihn vertrauen.

32. Dan wer iſt GOtt/ als der HErr: oder wer iſt GOtt als unſer GOtt?

33. GOtt der mich mit Krafft c umgürtet hat/ und hat meinen Weeg unbefleckt gemacht.

34. Der meine Füß den Hirſchen hat gleich gemacht/ und hat mich auf die Höh geſtellet.

35. Der meine Händ zum Streit unterweiſet: und du haſt meine Armb zugerüſtet d wie einen ehrinen Bogen.

36. Du haſt mir den Schirm deines Heyls gegeben/ und dein rechte Hand hat mich aufgenommen. U. deine Züchtigung hat mich endlich zur Beſſerung gebracht/ u. deine Züchtigung wird mich lehrē.

37. Du haſt meine Gäng unter mir erweitert/ darumb ſeynd meine Fußtritt nit ſchwach worden.

a Demüthigen. b Ampel/ Lucern. c Stärck. d geſtärcket.

38. Jch wil meine Feind verfolgen / und ſie er-
greiffen : wil auch nit widerkehren / biß ſie vertilget
ſeynd.
39. Jch wil ſie zerſchlagen a / und ſie ſollen nit
beſtehen können: ſie ſollen mir unter meine Füß fal-
len.
40. Und du haſt mich mit Stärck zum Streit
umgürtet: und haſt unter mich geworffen/ die ſich
wider mich auflehnen.
41. Meine Feind haſt du mir übergeben / daß
ſie mir den Rucken wenden / und haſt umgebracht/
die mich haſſen.
42. Sie rieffen / und es war keiner / der ſie ret-
tete/zum HErrn/ und er hat ſie nit erhöret.
43. Und ich wil ſie zerreiben b / wie Staub vor
dem Angeſicht deß Winds : und vertilgen wie Koth
auf den Gaſſen.
44. Du wirſt mich vom widerſprechen deß
Volcks erlöſen : und zum Haubt ſetzen über die
Heyden.
45. Ein Volck hat mir gedienet / das mir un-
bekant war : durch das Gehör der Ohren iſt es mir
unterthänig worden.
46. Die frembde Kinder haben mir vorgelogen/
die frembde Kinder ſeynd veraltet / und haben auß
ihrer Bahn c gehuncken.
47. Der HErr lebet / und mein GOtt ſey ge-
benedeyt / und der GOtt meines Heyls werde er-
höhet.
48. GOtt / der du mir Rach gibſt / und die Völ-
cker mir unterwirffſt : mein Erretter von meinen
zornigen Feinden.
49. Du wirſt mich erhöhen von denen / die ſich
mir widerſetzen : wirſt mich von dem ungerechten
Mann erlöſen.
50. Darum wil ich dir / O HErr danckſagen
unter den Heyden : und deinem Nam lobſin-
gen.
51. Der das Heyl ſeines Königs groß macht / u.
Barmhertzigkeit thut an David ſeinem Geſalbten/
und ſeinem Saamen biß in Ewigkeit.

Der XVIII. Pſalm.

GOtt kan erkennet werden I. auß dem Bau der Himmlen. II. auß dem heiligen Geſatz GOttes ; und Lehr der Apoſtlen im geheimen Verſtand.

1. Zum End/ein Pſalm Davids.
2. DJe Himmel erzehlen die Herrlichkeit GOt-
tes/ und das Firmament verkündiget die
Werck ſeiner Händen.
3. Ein Tag redet zum andern das Wort herauß/
und eine Nacht gibts der andern zu erkennen.

a zerbrechen. b zerknirſchen c Fußſteigen

38. Perſequar inimicos meos, & com-
prehendam illos : & non convertar do-
nec deficiant *b*.
39. Confringam illos, nec po-
terunt ſtare : cadent ſubtus pedes
meos.
40. Et præcinxiſti me virtute ad bellum:
& ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus
me.
41. Et inimicos meos dediſti mi-
hi dorſum *c*, & odientes me diſper-
didiſti.
42. Clamaverunt, nec erat qui ſalvos fa-
ceret, ad Dominũ : nec exaudivit eos.
43. Et comminuam eos, ut pulverem
ante faciem venti : ut lutum platearum
delebo eos.
44. Eripies me de contradictionibus
populi : conſtitues me in caput Gen-
tium.
45. Populus *d*, quem non cognovi *e*,
ſervivit mihi : in auditu auris *f* obedivit
mihi.
46. Filii alieni mentiti *g* ſunt mihi, filii
alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt *h*
à ſemitis ſuis.
47. Vivit Dominus, & benedictus
Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis
meæ.
48. Deus qui das vindictas mihi, &
ſubdis populos ſub me, liberator meus de
inimicis meis iracundis.
49. *l* Et ab inſurgentibus in me
exaltabis me : à viro iniquo eripies
me.
50. *m* Propterea confitebor tibi in na-
tionibus Domine : & nomini tuo pſal-
mum dicam,
51. Magnificans *n* ſalutes regis ejus, &
faciens miſericordiam chriſto ſuo David,
& ſemini ejus uſque in ſæculum.

PSALMUS XVIII.

I. Deum ex cæleſtium rerum opificio, II. è divinâ præſertim Evangelica lege cognoſci : cognitum precatur, ut ſibi omnia peccata contra legem commiſſa remittat.

1. In finem, Pſalmus David.
2. CÆli *a* enarrant gloriam Dei, & o-
pera manuum ejus annuntiat firma-
mentum.
3. Dies diei eructat verbum, & nox
nocti indicat ſcientiam *b*.

b Chald. conſumantur.

c feciſti terga vertere.

d Gentilis.
e ùt meum.
f ad prædicationem Apoſtolorum.
g alienigenæ ſubjecti ſunt, ùt ſervi, qui ſæpe ex timore mẽtiuntur.
h declinaverunt.
l 2. *Reg.* 22. 49.
m 2. *Reg.* 22. 50. *Rom.* 15. 9.
n magnam & multiplicem ſalutẽ afferens.

a materiales & myſtici, ſeu Apoſtoli.
b per dies & noctes cælum Dei ſcientiam nobis ingerit.

4. Non

4. Non ſunt loquelæ, neq; ſermones, quorum non audiantur voces eorum.
5. *c* In omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum *d*: & ipſe tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: *e* Exultavit ut gigas ad currendam viam.
7. A ſummo cælo egreſſio ejus: Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.
8. Lex Domini immaculata convertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis *f*.
9. Juſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
10. Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi: judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa.
11. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & favum.
12. Etenim ſervus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.
13. *g* Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:
14. & ab alienis parce ſervo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo. *h*
15. Et erunt ut complaceant eloquia *l* oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Domine adjutor *m* meus, & redemptor meus *n*.

11. *h* Mulctato peſtilente ſapientior erit parvulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam.

12. Excogitat *l* juſtus de domo impii, ut detrahat impios à malo.

II. 13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

14. Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam.

15. Gaudium juſto eſt facere judicium: & pavor operantibus iniquitatem.

16. Vir, qui erraverit à via doctrinæ, in cœtu gigantum *m* commorabitur *n*.

17. Qui diligit epulas, in egeſtate erit:

a non cogendo, ſed ſuaviter flectendo.
b *Sup.* 16. 2. & 20. 24.
c ſeu ſacrificia ſinè ſtudio virtutum.
d Hebr. ſeduli.
e illum conſtituunt.
f in perniciem.
g *Infr.* 25. 24.
h *Sup.* 19. 25.
l ſollicitus eſt ex charitate.
m dæmonũ.
n punietur cum illis.

qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.

18. Pro juſto datur impius *o*: & pro rectis iniquus.

19. *p* Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda.

20. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo juſti: & imprudens homo diſſipabit illud.

21. Qui ſequitur juſtitiam & miſericordiam, inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam.

22. Civitatem fortium aſcendit ſapiens *q*, & deſtruxit robur fiduciæ ejus *r*.

III. 23. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.

24. Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam.

25. Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus ejus operari:

26. totâ die concupiſcit & deſiderat: qui autem juſtus eſt, tribuet, & non ceſſabit.

27. *s* Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere.

28. Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam.

29. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam.

30. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

31. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.

CAPUT XXII.

I. Cura habenda eſt de bono nomine, cordis munditia, pietate, miſericordia & fiducia in Deum: callidus videns malum: ſeminans iniquitatem: 1.

II. Dicit piger, Leo, &c. ſtultitia in corde pueri: calumnians pauperem: 13.

III. Audi ſapientiam: vita ſponſores: termini antiqui ſervandi: velox in opere ſuo, &c. 17.

1. MElius eſt nomen bonum *a*, quàm divitiæ multæ: ſuper argentum & aurum, gratia bona *b*.

2. *c* Dives, & pauper obviaverunt ſibi: utriuſque operator eſt Dominus.

3. Callidus vidit malum, & abſcondit ſe: innocens *d* pertranſiit, & afflictus eſt damno.

Mangel leyden: wer Wein und feiſte Ding liebet/ der wird nit reich werden.

18. Der Gottloß wird für den Gerechten gegeben/ und der Sünder für die Aufrichtige.

19. Es iſt beſſer im wüſten Land wohnen / dan bey einem zänckiſchen und zornigen Weib.

20. Ein gewünſchter Schatz/ und Oel iſt in der Wohnung deß Gerechten: aber ein unvernünfftiger Menſch wirds verſchwenden.

21. Wer der Gerechtigkeit und Barmhertzigkeit nachgehet/ der wird das Leben / Gerechtigkeit und Ehr finden.

22. Der Weiſe erſteiget die Stadt der Mächtigen/ und verwüſtet die Veſtung/ darauf ihr Vertrauen ſteht.

III. 23. Wer ſeinen Mund bewahret / und ſeine Zung/ der verhütet / daß ſein Seel nit in Angſt kommt.

24. Wer hoffärtig und übermüthig wird unerfahren genannt der im Zorn Hochmuth übet.

25. Einen Faulen tödtet das Verlangen: dan ſeine Händ haben nichts thun wollen:

26. Er hat Verlangen und wünſchet den gantzen Tag: wer aber gerecht iſt/ der wird geben/und nit aufhören.

27. Die Opffer der Gottloſen seynd ein Greul / dan ſie werden auß Sünden geopffert.

28. Ein lugenhafftiger Zeug wird umkomen: aber ein Mann/ der gehorſam iſt wird vom Sig reden.

29. Ein gottloſer Mann ſtärcket auß Frevel ſein Angeſicht: wer aber aufrichtig iſt / der beſſert ſeinen Weeg.

30 Es iſt kein Weißheit / es iſt kein Fürſichtigkeit: es iſt kein Rath wider den HErrn.

31 Ein Roß wird wol bereitet zum Tag deß Streits: aber der HErr gibt das Heyl.

Das XXII. Capitel

I. Man ſol auf ſeinen guten Namen/ und zugleich auf Reinigkeit deß Hertzens/ 1.

II. auf Fleiß/ Barmhertzigkeit/ 13.

III. GOttes Wort und Lehr / und Vertrauen auf GOTT Achtung geben. 17.

1. EIn guter Nam iſt beſſer / dan groſſe Reichthum: gute Gunſt übertrifft Silber und Gold.

2. Der Reich und der Arm begegnen einander: der HErr aber hat ſie beyde gemacht

3 Der Klug ſihet ein Unglück *a* / und verbirget ſich. aber der Einfältig gehet hindurch/ und leydet Schaden.

o ad ſupplicium.

p Sup. v. 9. & Eccli. 25. 23.

q myſticè Chriſtus cum ſuis electis cælum.

r diaboli, non potentia & armis ſed ſapientia & cruce.

s Sup. 15. 8. Eccl. 34. 21.

a Eccl. 7. 2.

b gratioſitas ſeu benevolentia populi, quæ per virtutem comparatur.

c infr. 29. 13.

d in malam partem, Hebr. ſtultus.

a Ubel

4. Der Außgang eines eingezogenen Wandels iſt/ die Forcht deß HErrn/ Reichthum u. Ehr u. Leben.
5. Waffen und Schwerdter ſeynd auf dem Weeg eines Verkehrten: wer aber ſein Seel bewahret/ der weicht fern davon.
6. Es iſt ein Sprüchwort: Bleibet ein Jüngling auf ſeinem Weeg/ ſo wird er auch nit davon weichen/ wan er iſt alt worden.
7. Der Reich herrſchet über die Arme: und wer Geld aufnimmt der iſt deſſen Knecht / ders ihm auf Wucher leihet.
8. Wer Ungerechtigkeit ſäet / der wird Unglück einſammlen/ und er wird durch die Ruth ſeines Zorns in Grund verderbt.
9. Wer zur Barmhertzigkeit geneigt iſt / der wird geſeegnet werden: dan er hat von ſeinem Brod dem Armen gegeben. Wer Geſchenck gibt / der wird Sig und Ehr erlangen / er nimmt aber die Seel der jenigen hinweg/ die es annehmen.
10 Treibe den Spötter auß ſo wird der Zanck mit ihm hinweg gehen / ſo werden auch ſtrittige Sachen/ und Schmachwort ein End haben.
11. Wer die Reinigkeit deß Hertzen lieb hat/der wird wegen der Holdſeeligkeit ſeiner Lippen den König zum Freund haben.
12. Die Augen deß HErrn bewahren die Erkandtnuß: und die Wort deß Ungerechten werden umgeſtoſſen.
II. 13. Der Faul ſpricht: Es iſt ein Löw darauſſen: ich möcht mitten auf der Gaſſen umgebracht werden.
14. Der Mund deß frembden Weibs / iſt eine tieffe Grub: über den der HErr zornig iſt / der wird daſelbſt hinein fallen.
15. Die Thorheit iſt an deß Kinds Hertz zuſammen gebunden/ aber die Ruth der Zucht wird ſie davon treiben:
16. Wer den Armen unterdruckt/ daß er ſeine Reichthum vermehre der wird auch einem Reichern geben müſſen/ und Mangel leiden.
III. 17. Neige dein Ohr und höre die Wort der Weiſen / nimm aber mein Lehr wol zu Hertzen.
18. Die wird dir ſchön ſeyn / wan du ſie in deinem Bauch behalteſt / und wird aus deinen Lefftzen reichlich heraus flieſſen.
19. Damit dein Vertrauen auf den HErrn gerichtet ſey/derowegen ich ſie dir auch heut gezeiget hab
20. Sihe/ ich hab ſie dir auf dreyerley Weiß beſchriben in Gedancken und in der Erkanntnuß:
21. Damit ich dir den gewiſſen Grund / und

4. Finis *e* modeſtiæ timor Domini, divitiæ & gloria & vita.
5. Arma & gladij in via perverſi: cuſtos autem animæ ſuæ longè recedit ab eis.
6. Proverbium eſt: Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.
7. Dives pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, ſervus eſt fœnerantis.
8. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur *f*.
9. *g* Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium.
10. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabúntque cauſæ & contumeliæ.
11. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.
12. Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiam *h*: & ſupplantantur *l* verba iniqui.
II. 13. Dicit piger: Leo eſt foris: in medio platearum occidendus ſum.
14. Fovea profunda, os alienæ *m*: cui iratus eſt Dominus, incidet in eam *n*.
15. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam.
16. Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.
III. 17. Inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium: appone autem cor ad doctrinam meam:
18. quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis:
19. Ut ſit in Domino fiducia tua, unde & oſtendi eam tibi hodie.
20. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter *o*, in cogitationibus & ſcientia:
21. ut oſtenderem tibi firmitatem, & elo-

e ſ. rectus.
f i. flagello, quo voluit alios punire, ipſemet punietur.
g *Eccli.* 31. 28.
h ſenſum, conſilia & molimina ſapientum.
l ſubvertuntur.
m meretricis.
n permittente Deo, in pœnam peccati præcedentis.
o multipliciter, variis modis,

eloquia veritatis, reſpondere ex his illis, qui miſerunt te.

22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenum in porta:

23. quia judicabit Dominus cauſam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus.

24. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo:

25. ne fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.

26. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis:

27. ſi enim non habes unde reſtituas, quid cauſæ eſt ut tollat operimentum de cubili tuo?

28. Ne transgrediaris terminos antiquos *p*, quos poſuerunt patres tui.

p transferendo limites agrorum, poſſeſſionum &c. allegoricè doctrinas & traditiones Patrum.

29. Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

CAPUT XXIII.

I. Regulæ pro epulis, divitiis, deliciis. Quomodo edendum cum principe: non appete divitias nec cibos invidorum: 1.

II. Non opprime pupillos: quære ſapientiam: fuge peccatores & gulæ deditos: honora parentes: 10.

III. Fuge meretricem & ebrietatem. 19.

1. QUando ſederis ut comedas cum principe, diligenter attende *a* quæ appoſita ſunt ante faciem tuam:

2. & ſtatue cultrum *b* in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam *c*,

3. ne deſideres de cibis ejus, in quo eſt panis mendacij.

a fercula & vina. *b* refræna gulam & linguam. *c* illi dominans.

4. Noli laborare ut diteris: ſed prudentiæ tuæ pone modum.

5. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cælum.

6. Ne comedas cum homine invido, & ne deſideres cibos ejus *d*:

7. quoniam in ſimilitudinem arioli, & conjectoris, æſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens ejus non eſt tecum.

8. Cibos *e*, quos comederas, evomes: & perdes pulchros ſermones tuos.

d lautos blandos appetitui, myſticè dogmata hæreticorum. *e* noxios.

die Red der Warheit zu erkennen gebe denen hieraus zu antworten / die dich ausgeſandt haben.

22. Thue dem Armen kein Gewalt / darum / daß er arm iſt / und untertrucke den Dürfftigen im Thor nit.

23. Dan der HErr wird ſeine Sach richten / und wird dieſelbige beleydigen / die ſeine Seel beleydiget haben.

24. Halte keine Freundſchafft mit einem zornigen Menſchen / und wandle mit einem wütenden Mann nit:

25. Damit du nit etwan ſeine Fußgäng lerneſt / und nehmeſt Aergernuß deiner Seelen.

26. Sey nit bey denen / die ihre Hand verſtricken / und ſich gutwillig für die Schuld zu Bürgen ſtellen.

27. Dan / wo du nit haſt / davon du bezahlen kanſt / warum ſol er dan eine Deck aus deiner Schlaffkammer hinweg nehmen?

28. Du ſolt über die alte Schrancken nit tretten / die deine Vätter geſetzt haben.

29. Haſt du einen Mann geſehen / der fertig iſt in ſeinem Werck? der wird vor Königen ſtehen / und wird nit bey den Unedlen ſeyn.

Das XXIII. Capitel.

I. Bey den Gaſtereyen ſol man ſeine Reden in Obacht nehmen / und ſich der neydiſchen Menſchen entſchlagen: auch nit zu begierig nach Reichthum trachten / 1

II. Frembde Güter / ſonderlich der Waiſen nit begehren: ſeine Kinder aber züchtigen / 10.

III. Sich vor Truncken- und Gailheit hüten / 19.

1. WAn du ſitzeſt / mit einem Fürſten zu eſſen / ſo gib fleiſſig acht auf das / was dir vorgeſetzt iſt:

2. Und ſetze ein Meſſer an deine Kehl / wo du anders deiner Seel mächtig biſt.

3. Und laß dich der Speiß deß jenigen nit gelüſten / bey welchen Lugenbrod iſt.

4. Bemühe dich nit reich zu werden / ſondern gib deinem Verſtand Zihl und Maaß.

5. Heb deine Augen nit auf zu Gütern / die du nit haben kanſt: dan ſie werden ihnen Flügel machen / wie deß Adlers / und gen Himmel fliegen.

6. Iß nit mit einem neydiſchen Menſchen / und begehre ſeiner Speiß nit:

7. Dan er urtheilet von unbekandten Dingen / wie ein Warſager und Traumdeuter. Er wird zu dir ſagen: Iß und trinck: und ſein Hertz iſt doch nit bey dir.

8. Die Speiß / die du geſſen haſt / wirſt du widerum außſpeyen: und wirſt deine liebliche Wort verliehren.

9.

9. Rede nit in den Ohren der Unweiſen: ſie werden die Lehr deiner Red verachten.

II. 10. Rühre die Grentzen der kleinen Kinder nit an: und gehe nit auf den Acker der Waiſen.

11. Dan ihr nächſter Freund iſt mächtig: und derſelbig wird ihre Sach im Gericht wider dich außführen.

12. Laß dein Hertz zu der Lehr eingehen: und deine Ohren zu den Worten deß Verſtands.

13. Entziehe einem Kind die Züchtigung nit: dan wan du es mit der Ruthen ſchlagſt/ ſo wird es nit ſterben.

14. Du wirſt es mit der Ruthen ſchlagen: und wirſt ſein Seel auß der Höll erretten.

15. Mein Sohn/ wan dein Gemüth verſtändig iſt ſo wird ſich mein Hertz mit dir erfreuen:

16. Und meine Nieren werden frolocken / wan deine Lippen reden/ was recht iſt.

17. Laß dein Hertz über die Sünder nit eifern: ſondern den gantzen Tag ſey in der Forcht deß HErrn:

18. Dan du wirſt zum letzten Hoffnung haben / und dein Warten wird nit hingenommen werden.

III. 19. Mein Sohn/ höre zu/ und ſey weiß: und richte dein Seel auf den Weeg.

20. Sey nit in den Gaſtmahlen der Sauffer / noch in Schlemmerey deren/ ſo zuſammen bringen das Fleiſch zu eſſen:

21. Dan die dem Sauffen abwarten/ und Praſſerey anrichten / werden außgezehret / und ihre Schlaffung *a* wird unter zerriſſenen Lumpen ſeyn.

22. Höre deinen Vatter/ der dich gezeuget hat: und verachte dein Mutter nit/ wan ſie alt worden iſt.

23. Erkauff die Warheit/ und verkauff die Weißheit/ Lehr und Verſtand nit.

24. Deß Gerechten Vatter frolocket von Freuden: und wer einen Weiſen gezeuget hat/ der wird ſich in demſelbigen erfreuen.

25. Laß deinen Vatter und deine Mutter ſich freuen/ und laß frolocken/ die dich geboren hat.

26. Gib mir dein Hertz / mein Sohn / und laß deine Augen meine Weeg bewahren.

27. Dan ein unzüchtiges Weib iſt ein tieffe Grub: und die Frembde iſt ein enger Brunn.

28. Sie ſtellet auf dem Weeg nach / wie ein Mörder: und welche ſie ſihet unbehutſam ſeyn / die wird ſie tödten.

29. Uber wen iſt weh? über welches Vatter iſt weh?

a fauler Leib.

9. In auribus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui.

II. 10. Ne attingas parvulorum terminos: & agrum pupillorum ne introeas:

11. Propinquus *f* enim illorum fortis eſt: & ipſe judicabit contra te cauſam illorum.

12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum: & aures tuæ ad verba ſcientiæ.

13. *g* Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virgâ, non morietur.

14. Tu virgâ percuties eum: & animam ejus de inferno liberabis.

15. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum:

16. & exultabunt renes mei, cùm locuta fuerint rectum labia tua.

17. *h* Non æmuletur cor tuum peccatores: ſed in timore Domini eſto totâ die:

18. quia habebis ſpem in noviſſimo, & præſtolatio tua non auferetur.

III. 19. Audi fili mi, & eſto ſapiens: & dirige in via animum tuum.

20. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt:

21. quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis *l* dormitatio *m*.

22. Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne contemnas cùm ſenuerit mater tua.

23. Veritatem *n* eme, & noli vendere *o* ſapientiam, & doctrinam, & intelligentiã.

24. Exultat gaudio pater juſti: qui ſapientem genuit, lætabitur in eo.

25. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.

26. Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant.

27. Fovea enim profunda eſt meretrix: & puteus anguſtus, aliena.

28. Inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit, interficiet.

29. Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ?

f Redemptor.

g Supr. 13. 24. Eccli. 30. 1. Supr. 29. 15.

h Infr. 24. 1.

l laceris.

m dormitans & iners.

n ut verum & ſolidum theſaurum.

o à te alienare.

cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum?

30. Nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis?

31. Ne intuearis vinum quando flaveſcit cùm ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè,

32. ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet.

33. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perverſa.

34. Et eris ſicut dormiens in medio mari & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clavo *p*:

p nempe uſu rationis quæ per ebrietatem perditur.

35. & dices: Verberaverunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi: quando evigilabo, & rurſus vina reperiam?

Caput XXIV.

I. Regulæ agendi cum proximo. Sapientia & eruditio; cogitatio ſtulti, 1.

II. Erue oppreſſos: doctrinâ ut melle utere; caſus inimici: juſtè judica; nullum verbis lacta, nec malum malo redde, 11

III. Ager pigri; dormitanti venit egeſtas. 30.

1. NE æmuleris viros malos *a*, nec deſideres eſſe cum eis:

a Supr. 23. 17.

2. quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.

3. Sapientiâ ædificabitur domus, & prudentiâ roborabitur.

4. In doctrina replebuntur cellaria, univerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima.

5. Vir ſapiens, fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus.

6. Quia cum diſpoſitione initur bellum: & erit ſalus ubi multa conſilia ſunt.

7. Excelſa ſtulto ſapientia, in porta non aperiet os ſuum.

8. Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur.

9. Cogitatio ſtulti peccatum eſt: & abominatio hominum detractor.

10. Si deſperaveris laſſus *b* in die anguſtiæ: imminuetur fortitudo tua.

b remiſſus & negligens propter occurrentem difficultatem.

II. 11. *c* Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.

c Pſalm. 81. 4.

12. Si dixeris: Vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil

---

wer hat Zanck? wer falt in die Gruben? wer wird ohn Urſach verwůndet? wem ſeynd die Augē dunckel.

30. Nemlich den jenigen/ welche ſtets beym Wein ſeynd/ und ſich befleiſſen Becher außzuſauffen.

31. Sihe den Wein nit an/ wan er gelb wird/ wan ſeine Farb im Glaß ſcheinet: er gehet lieblich ein/

32. Aber endlich wird er beiſſen wie ein Schlang/ und Gifft außgieſſen/ wie ein Baſiliſck.

33. Da werdē deine Augē nach frembden Weibern ſehen u. dein Hertz wird verkehrte Ding reden.

34. Und du wirſt ſeyn/ wie einer der mitten im Meer ſchlaffet und wie ein Schiffherr/ der eingeſchlaffen iſt/ und hat das Ruder verlohren:

35. Und du wirſt ſagen: Sie haben mich geſchlagen/ aber es hat mir nit weh gethan: ſie haben mich gezogen und ich habs nit gefühlet: wan werde ich erwachen/ und widerum Wein finden?

Das XXIV. Capitel.

I. Meide böſe Geſellſchafft/ und befleiſſe dich die Weißheit zu erwerben/ 1.

II. Hilff dem Unterdruckten/ urtheile recht/ und vergelte nit Böß mit Böſem/ 11.

III. Und fliehe den Müſſiggang/ 30.

1. EIfere nit über böſe Männer/ begehre auch nit bey ihnen zu ſeyn:

2. Dan ihr Gemůth trachtet nach Raub/ und ihre Lippen reden Betrug.

3. Ein Hauß wird durch Weißheit gebauet/ und es wird durch Fůrſichtigkeit beveſtiget werden.

4. Durch die Lehr werden die Keller mit allerhand köſtlichen/ und ſehr ſchönen Gütern erfüllet.

5. Ein weiſer Mann iſt ſtarck: und ein gelehrter Mann iſt wol bey Kräfften/ und vermögend.

6. Dan der Krieg muß mit guter Ordnung geführet ſeyn: und wo vil Räth ſeynd/ da wird Heyl ſeyn.

7. Die Weißheit iſt dem Narren zu hoch/ er wird ſeinen Mund im Thor nit aufthun.

8. Wer gedencket Böſes zu thun/ der wird ein Narr genennt werden.

9. Was der Narr gedencket/ das iſt Sünd: und ein Verleumbder iſt ein Greul bey den Menſchen.

10. Wan du laß wirſt am Tag der Angſt/ und verzweiffelſt/ ſo wird dir an Kräfften abgehen.

II. 11. Errette die/ welche man zum Tod führet: und unterlaß nit zu erlöſen/ die zum Untergang gezohen werden.

12. Sprichſt du: Ich bin deß Vermögens nit: der in deß Hertzen Grund ſihet/ der verſtehets/ und der deine Seel erhalt/ wird nit betrogen: und

und er wird einem jeglichen Menſchen vergelten nach ſeinen Wercken.

13. Iß Honig/ mein Sohn/ dan es iſt gut/ und Honigſeim iſt gar ſüß in deinem Rachen.

14. Alſo iſt auch die Lehr der Weißheit deiner Seelen: wan du die findeſt/ ſo wirſtu Hoffnung haben im Letzten b/ und deine Hoffnung wird nit vergehen.

15. Mache nit liſtige Anſchläg/ und ſuche nit Unrecht zu thun im Hauß deß Gerechten/ zerſtöre auch ſeine Ruh nit.

16. Dan der Gerecht wird ſibenmal fallen/ und wird widerum aufſtehen: aber die Gottloſe werden in Unglück fallen.

17. Freüe dich nit/ wan dein Feind zu Boden falt/ und laß dein Hertz über ſeinen Fall nit frolocken:

18. Daß es der HERR villeicht nit ſehe/ und ein Mißfallen daran hab/ und nemme ſeinen Zorn von ihm.

19. Zancke nit mit ſehr böſen Leuten/ und eifere nit über die Gottloſe.

20. Dan die Böſe haben kein Hoffnung von künfftigen Dingen/ und die Leucht der Gottloſen wird erlöſchen.

21 Mein Sohn förchte den HERRN und den König: menge dich auch nit unter die Verläumbder.

22. Dan ihr Untergang wird urplötzlich entſtehen: und wer weiſt den Unfall/ der über ſie beyde kommen wird?

23. Diß wird auch zu den Weiſen geſagt: Die Perſohn im Gericht erkennen/ iſt nit gut.

24. Die zum Gottloſen ſagen: du biſt gerecht: denen werden die Völcker böſes wünſchen/ und die Geſchlecht werden ſie verfluchen.

25. Die ihn aber ſtraffen/ ſollen gerühmet werden: und es wird Segen über ſie kommen.

26. Wer richtige Wort zur Antwort gibt/ der wird die Lippen kuſſen.

27. Bereite darauſſen dein Werck/ und baue deinen Acker mit Fleiß: damit du hernach auch dein Hauß baueſt.

28. Sey nit ohne Urſach Zeug wider deinen Nechſten/ und führe niemand herumb mit deinen Lippen.

29. Sprich nit: Wie er mir gethan hat/ ſo wil ich ihm thun: und wil einem jeglichen vergelten nach ſeinem Werck.

III. 30. Ich bin über den Acker eines faulen Menſchen gangen/ und durch den Weinberg eines närriſchen Manns.

b Ding/ Tod und Gericht.

fallit, reddétque homini juxta opera ſua.

13. *d* Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & favum dulciſſimum gutturi tuo.

14. Sic *e* & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: quam cùm inveneris, habebis in noviſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit.

15. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo juſti, neque vaſtes requiem ejus. *f*

16. Septies enim cadet juſtus, & reſurget: impij autem corruent in malum.

17. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum:

18. ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.

19. Ne contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios:

20. quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur.

21. Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiſcearis:

22. quoniam repentè conſurget perditio eorum: & ruinam utriuſque quis novit?

23. Hæc quoque ſapientibus: *g* cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum.

24. Qui dicunt impio: Juſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus.

25. Qui arguunt eum, laudabuntur: & ſuper ipſos veniet benedictio.

26. Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet.

27. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum: ut poſteà ædifices domum tuam.

28. Ne ſis teſtis fruſtrà *h* contra proximum tuum: nec lactes *l* quemquam labiis tuis.

29. *m* Ne dicas: Quomodo fecit mihi ſic faciam ei: reddam unicuique ſecundùm opus ſuum.

III. 30. Per agrum hominis pigri tranſivi: & per vineam viri ſtulti:

d Infr. 25. 16 & 27.
e imò magis h uicunda eſt ſapientia.
f tranquillitatem illi inſidiando, famam denigrando.
g Levit. 19. 15. *Deut.* 1. 17. & 16. 19. *Eccli.* 42. 1.
h temerè.
l blandiendo
m Supr. 20. 22.

31. & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.

32. Quod cùm vidiſſem *n*, poſui in corde meo, & exemplo *o* didici diſciplinā.

n peſſimos nempe ſocordiæ fructus.
o infelici illius.

33. Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres, ut quieſcas:

34. & veniet tibi quaſi curſor egeſtas, & mendicitas quaſi vir armatus.

CAPUT XXV.

Induſtria pro procuranda gloria Dei & regum, per varios virtutum actus. I. Pietatis: cor regis: rubigo & impietas: 1.

II. Humilitatis ne te exaltes, ne detrahas, ſecreta tua ſerva, mala aurea, frigus in meſſe, nubes ſine pluvia: lingua mollis. 6.

III. Moderationis: mel inveniſti, ſagitta acuta, dens putridus, benefac inimico, aqua frigida, fons turbatus, urbs abſque muro. 16.

1. HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.

2. Gloria Dei eſt celare verbum *a*, & gloria regum inveſtigare *b* ſermonem.

a involvere allegoriis.
b declarare ejuſmodi arcana.

3. Cælum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile.

4. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.

5. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur juſtitiâ thronus ejus.

II. 6. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris.

7. Melius eſt enim ut dicatur tibi: Aſcende huc; quàm ut humilieris coram principe.

8. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio citò: ne poſteà emendare non poſſis, cùm dehoneſtaveris amicum tuum.

9. Cauſam tuam tractā cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reveles:

10. ne fortè inſultet tibi cùm audierit, & exprobrare non ceſſet. Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerva, ne exprobrabilis fias.

11. Mala aurea in lectis *c* argenteis, qui loquitur verbum *d* in tempore ſuo.

c menſis poſuit.
d congruū loco, tempori & perſonis.

12. Inauris aurea, & margaritum

---

31. Und ſihe/ es war alles mit Neſſlen erfüllet / Dörner hatten ſeinen Boden bedecket/ und die ſteinerne Mauer war zerſtöret.

32. Da ich das ſahe/ nahm ichs zu Hertzen/ und nahm aus dem Exempel ein Lehr:

33. Und ſprach: Du wirſt ein wenig ſchlaffen / wirſt etwas ſchlummern / und die Händ ein wenig zuſammen legen/ damit du ruheſt:

34. Und es wird dir die Armuth auf den Halß kommen / wie ein lauffender Bott/ und Dürfftigkeit/ wie ein gewaffneter Mann.

Das XXV. Capitel.

I. Worinn die wahre Ehr GOttes und der Königen ſtehe/ 1.

II. Demuth und andere Tugenden muß man üben/ 6.

III. Der Mäßigkeit ſich befleiſſen: welches auf unterſchidliche Weiß entworffen wird. 16.

1. DJß ſeynd auch Sprüch deß Salomonis/ welche die Männer Ezechiá/ deß Königs Juda zuſammen getragen haben.

2. Es iſt GOttes Ehr das Wort verbergen/und der Königen Ehr iſt/ dem Wort nachforſchen.

3. Der Himmel iſt daroben / und die Erd iſt hieunten / und das Hertz der Königen iſt nit auszuforſchen.

4. Thue den Schaum vom Silber hinweg / ſo wird ein ſehr rein Geſchirr heraus gehen.

5. Thu ein gottloß Weſen vom Angeſicht deß Königs hinweg/ſo wird ſein Thron durch Gerechtigkeit beſtättiget werden.

II. 6. Erſcheine nit prächtig vor dem König / und ſtehe nit an dem Ort der Gewaltigen.

7. Dan es iſt beſſer/ daß man dir ſage: Trette hierauf/ dan daß du vor dem Fürſten gedemüthiget werdeſt.

8. Was deine Augen geſehen haben / das ſage nit geſchwind heraus im Hader: damit du es hernach nit beſſern könneſt/ wan du deinen Freund geſchändet haſt.

9. Handle deine Sach mit deinem Freund / und offenbahre das Geheimnuß einem Frembden nicht.

10. Damit er dir nit etwan einen Schimpff anthue wan ers gehöret hat/ und nit auffhöre/ dir ſolches zu verweiſen. Gunſt u. Freundſchafft erretten: bewahre ſie für dich/damit man dir nichts zu verweiſē hab.

11. Wer ein Wort zu ſeiner Zeit redet/ das iſt wie guldene Aepffel auf ſilbern Bethen.

12. Wer ein weiſes und gehorſames Ohr ſtraffet/

fet / das iſt ein guldener Ohrring / und ein glantzendes Perl

13. Gleichwie die Kühlung deß Schnees iſt in den Tagen der Ernd / alſo wird ein treuer Geſandter die Seel deß jenigen / der ihn ausgeſandt hat / in Ruh ſetzen.

14. Ein ruhmſüchtiger Mann / und der ſeinen Verheiſſungen nit nachkommt / iſt als Wolcken und Wind ohn folgende Regen.

15. Durch Gedult wird ein Fürſt erweichet: und eine ſanffte Zung bricht / was hart iſt.

III. 16. Haſtu Honig funden / ſo iß zu deinem Genügen / damit du nit etwan ſatt werdeſt / und es ausſpeyeſt.

17. Zihe deinen Fuß zuruck vom Hauß deines Nächſten / damit er deiner nit überdrüßig werde / und dich haſſe.

18. Ein Menſch der falſche Zeugnuß redet wider ſeiner Nächſten / iſt wie Geſchoß / und wie ein Schwerd / und wie ſcharffer Pfeil.

19. Wie ein fauler Zahn / und ein Fuß / der müd iſt / alſo iſts / wan einer am Tag der Noth ſeine Hoffnung auf einen Untreuen ſetzt.

20. Er verlieret auch ſeinen Mantel zu kalter Zeit. Es iſt Eßig auf Bergſaltz / wan man einem Lieder ſinget / der ſehr gifftig von Hertzen iſt. Wie ein Mott das Kleid / und ein Wurm das Holtz: alſo beſchädiget Traurigkeit das Hertz eines Manns.

21. Wann dein Feind Hunger hat / ſo ſpeiſe ihn: und wan er Durſt hat / ſo gib ihm Waſſer zu trincken.

22. Dan du wirſt feurige Kohlen auf ſein Haupt ſammlen / und der HERR wird dirs vergelten.

23. Der Nordwind vertreibt den Regen / und ein ſaures Angeſicht die afterredende Zungen.

24. Es iſt beſſer unter dem Dach im Winckel ſitzen / dan mit einem zänckiſchen Weib / auch im gemeinen Hauß ſeyn.

25. Wie kühl Waſſer einer durſtigen Seel iſt / alſo iſt eine gute Bottſchafft aus frembden Landen.

26. Wan der Gerecht vor dem Gottloſen niderfallt / das iſt / wie ein Brunn / der mit dem Fuß trüb gemacht iſt / u. wie ein verderbte Waſſerquell.

27. Gleichwie es einem nit gut iſt / daß er zu vil Honig eſſe: alſo wer die Majeſtät erforſchet / der wird von der Herrlichkeit untertruckt werden.

28. Ein Mann der ſeinen Geiſt im Reden nit kan einhalten / der iſt wie ein offene Stadt / die mit Mauren nit umgeben iſt.

fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.

13. *e* Sicut frigus nivis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit.

e Inf. 26. 6.

14. Nubes, & ventus, & pluviæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.

15. Patientiâ lenietur princeps, *f* & lingua mollis confringet duritiam.

f Sup. 15. 1

III. 16. Mel *g* inveniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus evomas illud.

g gratiam & laudes hominum opes & fortunas, conſolationem vel dulcedinem in meditatione.

17. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui: ne quando ſatiatus oderit te.

18. Jaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

19. Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ.

20. & amittit pallium in die frigoris: acetum in nitro *h*, qui cantat carmina cordi peſſimo. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi.

h ponit.

21. *l* Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitierit, da ei aquam bibere:

l Rom. 12. 20.

22. prunas enim congregabis *m* ſuper caput ejus, & Dominus reddet tibi.

m q. d. incendes amore.

23. Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem.

24. *n* Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi.

n Supr. 21 9.

25. Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua.

26. Fons turbatus pede, & vena corrupta, juſtus cadens coram impio.

27. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: *o* ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur *p* à gloria.

o Eccli. 3. 22.

p i. obruetur & ſuccumbet.

28. Sicut urbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *q*

q Iram ſeu loquendi intemperantiam.

CAPUT XXVI.

I. De actibus prudentiæ variis, gloria in ſtulto, avis volans, reſpondere ſtulto, nuntius ſtultus, parabola ſtulti. 1.

II. Honor inſipientis, imponens ſtulto ſilentium, canis ad vomitum. 8.

III. Sapiens proprio judicio: commiſceri rixæ: nocens amico: ſuſurro: labia tumentia: fodiens foveam: lingua fallax. 16.

1. QUomodo nix in æſtate, & pluviæ in meſſe: ſic indecens eſt ſtulto gloria.

2. Sicut avis ad alia tranſvolans, & paſſer quò libet vadens: ſic maledictum fruſtra *a* prolatum in quempiam ſuperveniet. *b*

3. Flagellum equo, & camus aſino, *c* & virga in dorſo imprudentium.

4. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, *d* ne efficiaris ei ſimilis.

5. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam *e* ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

6. *f* Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium ſtultum.

7. Quomodo pulchras fruſtrà habet claudus tibias: ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.

II. 8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: ita qui tribuit inſipienti *g* honorem. *h*

9. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti: ſic parabola in ore ſtultorum.

10. Judicium determinat cauſas: & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.

11. *l* Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.

12. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem *m* habebit inſipiens. *n*

13. Dicit piger: Leo eſt in via, & leæna in itineribus:

14. ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.

15. *o* Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eam converterit.

III. 16. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.

17. Sicut qui apprehendit auribus ca-

a temerè. *b* ſuper eũ, qui protulit. *c* Supr. 23. 13. *d* ſpurca regerendo. *e* repone verbera pro verbis. *f* Supr. 25. 13. *g* ſtupido & bardo. *h* magiſtratum vel imperium. *l* 2 Pet. 2. 22. *m* melioris frugis. *n* humilis. *o* Supr. 19. 24.

Das XXVI. Capitel.

I. Narren ſol man nit erhöhen/ noch ihre Schelt-wort achten/ vilweniger mit ihnen närriſch ſeyn/ 1.

II. Dieſelbige nit ehren; und ſich vor Faulheit hüten/ 8.

III. Bey ſich ſelbſt nit überwitzig/ noch bey andern falſch im Reden ſeyn/ endlich den Schmeichlern kein Gehör geben. 16.

1. GLeichwie ſich der Schnee im Sommer/ und der Regen in der Ernd nit ſchicket: aſo gebühret dem Narren kein Ehr.

2. Wie ein Vogel anders wohin vorüber flieget: und ein Spatz daher fahret/ wohin er wil: alſo wird ein Fluch/ der ohn Urſach heraus fahret/ über einen kommen.

3. Dem Roß eine Geiſel/ dem Eſel ein Zaum/ und dem Unwitzigen eine Ruth auf den Rucken.

4. Antworte dem Thoren nit nach ſeiner Thorheit/ damit du ihm nit gleich werdeſt.

5. Antworte dem Thoren nach ſeiner Thorheit: damit er ſich nit duncken laſſe/ daß er weiß ſey.

6. Wer ſeine Wort durch einen närriſchen Botten überſendet/ der iſt einem gleich/ der an Füſſen lam iſt/ und trincket Ungerechtigkeit.

7. Gleichwie der Krippel *a* vergebens ſeine Schinbein hat: alſo iſt es ungebürlich/ daß ein weiſer Spruch im Mund der Narren iſt.

II. 8. Wer einem Narren Ehr anthut/ das iſt/ als wann einer einen Stein wirfft auf einen Hauffen des Mercurii.

9. Ein Spruch in der Narren Mund iſt/ als wan ein Dorn in eines Trunckenen Hand wächſt.

10. Das Urtheil entſcheidet ſtreitige Sachen: und wer einen Narren zum ſchweigen bringt/ der lindert den Zorn.

11. Gleichwie ein Hund widerumb friſſet/ was er ausgeſpien hat: alſo iſt der Unweiſe/ der ſeine Narrheit widerholet.

12. Haſtu du wol einen Menſchen geſehen/ der ſich beduncken ließ/ daß er weiß wäre? an einem Narren iſt mehr Hoffnung/ dan an ihm.

13. Der Faul ſagt: Es iſt ein Löw auf dem Weeg/ und eine Löwin iſt auf den Gaſſen.

14. Wie die Thür in ihrem Angel gehet/ alſo wendet ſich der Faul auf ſeinem Bethlein.

15. Der Faul verbirget ſeine Hand unter ſeine Achßlen/ und er bemühet ſich/ wan er ſie an ſeinen Mund bringen ſol.

III. 16. Der Faul laſſet ſich beduncken/ daß er witziger ſey/ dan ſiben Männer die Sprüch reden.

17. Wer vorüber gehet/ und ſich aus Unge-

a Krumme oder Lamme.

dult in frembden Zanck miſchet/ der iſt wie einer/ der einen Hund bey den Ohren greifft.

18. Gleichwie der ſchädlich iſt/ der Pfeil ſchieſſet/ und Spieß wirfft zum Tod:

19. Alſo iſt ein Mann/der ſeinem Freund betrüglich Schaden zufüget: und wan er darüber ergriffen wird/ſo ſpricht er: Ich habs in Schertz gethan.

20. Wan kein Holtz mehr da iſt/ ſo wird das Feuer ausgehen: und wan der Ohrenblaſer hinweg geſchaffet iſt/ſo wird das Zancken ein End habē.

21. Wie von Kohlen eine Glut / und von Holtz ein Feuer wird: alſo richtet ein zorniger Menſch einen Hader an.

22. Die Wort des Verleumbders b ſeynd wie einfältige Wort: und ſie kommen biß zum innerſten deß Bauchs.

23. Aufgeblaſene Lippen / dabey ein ſehr boßhafftig Hertz iſt/ ſeynd/ als wann man ein erdenes Gefäß mit Silberſchaum überziehen wolte.

24. Der Feind wird erkennt an ſeinen Lippen/ wan er in ſeinem Hertzen mit Betrug umgehet.

25. Wan er ſeine Stimm freundlich macht / ſo glaub ihm nit: dan er hat ſiben Bubenſtuck in ſeinem Hertzen.

26. Wer den Haß betrüglich verbirget / deſſen Boßheit wird in der Verſamlung entdecket werdē.

27. Wer eine Gruben macht / der wird hinein fallen: und wer einen Stein wältzet/ auf denſelben wird er widerum zuruck kommen.

28. Ein betrügliche Zung hat die Warheit nit lieb: und ein ſchlipfferig Maul würcket Verderbē.

Das XXVII. Capitel.

I. Das Auffſchieben/ eigen Lob / und Zorn werden mißrathen/ 1.

II. Deßgleichen die Schmeichlerey: aber Freundſchafft / Sanfftmuth/ 6.

III. Und Sorg für die Seinige gerathen: der Menſch wird bewehrt durch den Mund deß Lobenden. 21.

1. Ruhme dich nit auf Morgen/ dan du weiſt nit was der künfftige Tag wird mitbringen.

2. Laß dich einen andern loben / und nit deinen Mund/ einen Frembden/ und nit deine Lippen.

3. Ein Stein iſt ſchwer / und Sand hat Gewicht: aber deß Narren Zorn iſt ſchwerer / dan ſie beyde.

4. Der Zorn und ausbrechende Grimm hat keine Barmhertzigkeit: und wer wird die Ungeſtümmigkeit eines Bewegten ertragen können.

5. Beſſer iſt offentliche Straff/dan verborgene Lieb.

b Ohrenblaſers.

nem *p*, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius.

18. Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem *q*:

19. ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo: & cùm fuerit deprehenſus, dicit: Ludens feci.

20. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcent.

21. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: *r* ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.

22. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad intima ventris. *s*

23. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia *t* cum peſſimo corde ſociata.

24. Labiis ſuis intelligitur inimicus, cùm in corde tractaverit dolos.

25. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptem *u* nequitiæ ſunt in corde illius.

26. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in concilio.

27. Qui fodit foveam, incidet in eam *x*: & qui volvit *y* lapidem, revertetur ad eum.

28. Lingua fallax non amat veritatem *z*: & os lubricum operatur ruinas.

Caput XXVII.

I. Ne procraſtines: de regulis veræ prudentiæ: ne te ipſum laudes, iram fuge. 1.

II. Fuge adulatores, admitte correptionem: vulnera diligentis: anima ſaturata: ſpondens pro extraneo: litigioſa mulier: infernus inſatiabilis. 6.

III. Gere curam tui & tuorum: vultum pecoris agnoſce &c. 21.

1. NE glorieris in craſtinum *a*, ignorans quid ſuperventura pariat dies.

2. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.

3. *b* Grave eſt ſaxum, & oneroſa arena: ſed ira ſtulti utroque gravior.

4. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit?

5. Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus. *c*

p quod periculoſum eſt.
q mortiferas.
r Supr. 15. 18.
s mentis.
t velut dignum operculum.
u plurimæ.
x capietur. ſuis dolis.
y projecit in altum.
z nec quærit amatores veritatis, ſed homines molles, qui ſuis laudibus delectantur.
a de craſtino ſeu futuro opere.
b Eccli. 22. 18.
c non exhibens ullum opus vel obſequium amico.

II. 6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

7. *d* Anima ſaturata calcabit favum: & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet.

8. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum. *e*

9. Unguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.

10. Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior eſt vicinus juxtà, quàm frater procul. *f*

11. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, ut poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.

12. Aſtutus videns malum, abſconditus eſt: parvuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.

13. *g* Tolle veſtimentum ejus, qui ſpopondit pro extraneo: & pro alienis, aufer ei pignus.

14. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte *h* conſurgens maledicenti ſimilis erit.

15. *l* Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur:

16. qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ vocabit.

17. Ferrum ferro exacuitur *m*, & homo exacuit faciem *n* amici ſui.

18. Qui ſervat ficum, comedet fructus ejus: & qui cuſtos *o* eſt domini ſui, glorificabitur.

19. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus.

20. Infernus & perditio numquam implentur: ſimiliter & *p* oculi hominum inſatiabiles.

III. 21. *q* Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ore laudantis. Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit ſcientiam.

22. Si contuderis ſtultum in pila *r*, quaſi ptiſanas *s* feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus.

23. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuóſque greges conſidera: *t*

d Job. 6. 7.

e ſc. expoſitus eſt periculis.

f hinc ſeriò monent SS. Aug. & Chryſoſt. ut diligant nos vicini.

g Supr. 2. 16.

h intempeſtivè, creans moleſtiam.

l Supr. 19. 13.

m iratus per iram alterius.

n ingenium eruditionem, & virtutem.

o tropologicè S. Ioſeph Chri. cuſtos & nutritius.

p Eccli. 14. 9.

q Supr. 17. 3.

r mortario. ſà.

s hordei decorticati.

t ſc. ſubditorum curam habe.

II. 6. Die Wunden deß Liebhabers ſeynd beſſer/ dan deß Haſſers betrüglich küſſen.

7. Ein Seel/ die erſättiget iſt/ wird Honigſeim mit Füſſen tretten: aber ein hungerige Seel nimt auch für ſüß an/ was bitter iſt.

8. Wie ein Vogel der aus ſeinem Neſt hinweg weicht: alſo iſt ein Mann/ der ſeine ſtatt verlaſſet.

9. Das Hertz erluſtiget ſich mit Salben/ und allerhand Geruch: alſo ſeynd gute Vorſchläg eines Freunds der Seeelen lieblich.

10. Deinen Freund/und deines Vatters Freund laß nit fahren: und geh nit in deines Bruders Hauß am Tag deines Leidens. Ein Nachbar an der Hand/ iſt beſſer dan ein Bruder/ der fern iſt.

11. Befleißige dich der Weißheit/ mein Sohn/ und erfreue mein Hertz/ damit du dem Schmäher ein Wort antworten könneſt.

12. Ein Witziger verbirget ſich/ wan er das Unglück ſihet: aber die Kleine gehen hindurch/und leiden Schaden.

13. Nehm dem ſein Kleid/ der für einen Frembden iſt Bürg worden: und nehm ihm ein Pfand ab/ umb der Auswendigen willen.

14. Wan einer bey der Nacht aufſtehet/ und ſeegnet ſeinen Nächſten mit ſtarcker Stimm/ das wird ſeyn/ als wan er gefluchte hätte.

15. Ein durchtrieffend Tach in kalten Tagen/und ein zanckiſch Weib/ werden miteinander verglichen.

16. Wer ſie auffhalt/ das iſt/ als wan einer den Wind hielte/ und das Oel ſeiner rechten Hand wird ruffen.

17. Eiſen wird mit Eiſen geſchärffet/ und ein Menſch ſchärpffet ſeines Freunds Angeſicht.

18. Wer einen Feigenbaum bewahret/ der wird ſeine Frucht eſſen: und wer ſeines Herrn Hüter iſt/ der wird geehret werden.

19. Gleichwie die Angeſichter der jenigen im Waſſer erſcheinen/ die darein ſehen: alſo ſeynd die Hertzen der Menſchen den Weiſen offenbahr.

20. Die Höll/ und das Verderben werden nimmer erfüllet/ alſo ſeynd die Augen der Menſchen nit zu erſättigen.

III. 21. Gleichwie das Silber im Tigel/ und das Gold im Ofen bewehret wird: alſo wird der Menſch durch deſſen Mund bewehret/ der ihn lobet. Deß Ungerechten Hertz trachtet nach böſen Dingen: aber ein aufrichtiges Hertz ſucht Weißheit.

22. Wan du einen Narren im Mörſel/ wie Gerſten mit einem Stempel zerſtieſſeſt/ ſo wurde ihm doch ſeine Narrheit nit benommen.

23. Erkenne mit Fleiß das Angeſicht deines Viehes/ und hab acht auf deine Heerd.

24. Dan

24. Dan du wirſt nit allzeit Gewalt haben : aber die Cron wird dir von einem Geſchlecht zum andern gegeben werden.
25. Die Wiſen seynd aufgangen/ und die grüne Kräuter laſſen ſich ſehen/ und das Graß wird von den Bergen geſammlet.
26. Die Lämmer seynd dir zum Kleid/ und die junge Böcklein zum Wehrt deß Ackers.
27. Laß dich begnügen/ daß die Geißmilch zu deiner Speiß ſey/ u. zur Nothdurfft deines Hauß/ und deinen Mägden zur Unterhalt.

Das XXVIII. Capitel.

I. Ohn Urſach ſol man nit forchtſam ſeyn: die offentliche Laſter ſollen nit ungeſtrafft bleiben/ noch ein Armer den andern unterdrucken/ 1.
II. Durch Wucher und andere böſe Künſten die Reichthumb nit vermehren: weniger mit Todtſchläger und Dieben Gemeinſchafft haben/ 8.
III. Allzeit forchtſam ſeyn 14. endlich den Eltern ohn ihr Vorwiſſen nichts entfrembden/ 24.

1. DEr Gottloß fliehet/ wan ihn ſchon niemand verfolget/ aber der Gerecht wird geherzt und ohn Schröcken ſeyn/ wie ein Löw.
2. Das Land hat vil Fürſten um ſeiner Sünden willen: aber um eines Menſchen Weißheit willen/ und daß er verſtehet/ was man ihm ſagt/ wird deß Fürſten Leben verlängert.
3. Ein armer Mann/ der die Arme beleidiget/ iſt gleich einem hefftigen Regen/ damit Theurung verurſachet wird.
4. Die das Geſatz verlaſſen/ rühmen den Gottloſen: die es aber halten/ werden wider ihn angezündet.
5. Böſe Leut gedencken nit an das Gericht: die aber den HERRN ſuchen/ mercken auf alles.
6. Beſſer iſt ein Armer/ der in ſeiner Einfalt daher gehet/ dan ein Reicher auf böſen Weegen.
7. Wer das Geſatz bewahret/ der iſt ein weiſer Sohn: wer aber die Schlemmer unterhalt/ der ſchändet ſeinen Vatter.
II. 8. Wer mit Wucher und mit Ubernehmen Reichthumb zuſammen bringet/ der verſammlet ſie für einen/ der mild iſt gegen die Arme.
9. Wer ſeine Ohren abwendet/ damit er das Geſatz nit höre/ deſſen Gebett wird ein Greuel ſeyn.
10. Wer die Aufrechte betrüget auf einem böſen Weg/ der wird in ſeinen Untergang fallen: und die Einfältige werden ſeine Güter beſitzen.
11. Ein reicher Mann laſt ſich beduncken/ daß er weiß ſey: aber ein Armer/ der fürſichtig iſt/ wird ihn erforſchen.
12. Der Gerechten Frolocken geſchicht mit groſ-

24. Non enim habebis jugiter poteſtatem: ſed corona tribuetur in generationem & generationem.
25. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes; & collecta ſunt fœna de montibus.
26. *u* Agni ad veſtimentum tuum: & hœdi, ad agri pretium. *x*
27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in neceſſaria domûs tuæ, & ad victum ancillis tuis.

u 1. Tim. 6. 8.
x q. d. noli oves deglubere aut expilare.

CAPUT XXVIII.

I. Regulæ juſtitiæ: fuga impij & ſecuritas juſti: propter peccata terræ multi principes: pauper pauperem calumnians: 1.
II. Injuſte congregans divitias: nolens audire legem: exultatio juſtorum: abſcondens ſcelera ſua: 8.
III. Beatus ſemper pavidus: princeps impius ut leo: terram ſuam operans, à patre ſubtrahens. 14.

1. FUgit impius, nemine perſequente: juſtus autem quaſi leo confidens, abſque terrore erit.
2. Propter peccata terræ multi principes ejus *a*: & propter hominis ſapientiam, & horum ſcientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.
3. Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames.
4. Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui cuſtodiunt, ſuccenduntur contra eum.
5. Viri mali non cogitant judicium: qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.
6. *b* Melior eſt pauper ambulans in ſimplicitate ſua, quàm dives in pravis itineribus.
7. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt: qui autem comeſſatores paſcit, confundit patrem ſuum.
II. 8. Qui coacervat divitias uſuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas.
9. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis.
10. Qui decipit juſtos in via mala *c*, in interitu ſuo corruet: & ſimplices poſſidebunt bona ejus. *d*
11. Sapiens ſibi videtur vir dives: pauper autem prudens ſcrutabitur eum. *e*
12. In exultatione juſtorum multa gloria

a citò pereunt, ex quo oriuntur turbæ.
b Supr. 19. 1.
c actione fraudulenta.
d per occultam Dei diſpoſitionem.
e nunc ſuo exemplo

arguet de errore, & in judicio damnabit Matth. 19. v. 18.

ria eſt: regnantibus impiis ruinæ hominum.

13. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur.

III. 14. Beatus homo qui ſemper eſt pavidus: qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.

15. Leo rugiens, & urſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.

16. Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.

f præcipitii. *g* retinet, ſuſtentat.

17. Hominem, qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad lacum *f* fugerit, nemo ſuſtinet. *g*

18. Qui ambulat ſimpliciter, ſalvus erit: qui perverſis graditur viis, concidet ſemel.

h *Supr.* 12. 11. *Eccli.* 20. 30 *l* *Supr.* 13. 11. & 20. 21. & *infr.* v. 22.

19. *h* Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.

20. Vir fidelis multùm laudabitur: *l* qui autem feſtinat ditari, non erit innocens.

21. Qui cognoſcit in judicio faciem, non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.

22. Vir, qui feſtinat ditari, & aliis invidet, ignorat quòd egeſtas ſuperveniet ei.

23. Qui corripit hominem, gratiam poſteà inveniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

m ſocius, quia illis aufert quibus omnia ſua debet.

24. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps *m* homicidæ eſt.

25. Qui ſe jactat & dilatat, jurgia concitat: qui verò ſperat in Domino, ſanabitur.

26. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt: qui autem graditur ſapienter, ipſe ſalvabitur.

27. Qui dat pauperi, non indigebit: qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam.

n fugientes & timentes illorum violentiam.

28. Cùm ſurrexerint impij, abſcondentur homines *n*: cùm illi perierint, multiplicabuntur juſti.

dd Num. 20 11.
e refrigerium, Græcè remedium ſitis ex petra Exod. 17.
f aquas ſc. converſas in ſanguinem.
g recreati.
h Nili.
l Græce cruentam aquam, ſi mixtam humano ſanguini.

1. Direxit *a* opera eorum in manibus prophetæ ſancti *b*.

2. Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur: & in locis deſertis fixerunt caſas *c*.

3. *d* Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicaverunt.

4. *dd* Sitierunt, & invocaverunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies *e* ſitis de lapide duro.

5. Per quæ *f* enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filij Iſraël, lætati ſunt *g*,

6. per hæc, cùm illis deeſſent, benè cum illis actum eſt.

7. Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis *h*; humanum ſanguinem *l* dédiſti injuſtis.

8. Qui cùm minuerentur in traductione infantium occiſorum, dediſti illis abundantem aquam inſperatè,

9. oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit,

Das XI. Capitel.

I. Wunderwerck / ſo die Weißheit bey dem Iſraelitiſchen Volck gewürcket / 1.
II. Die Ungerechte beynebens hat ſie geſtrafft / 11.
III. Wobey GOttes groſſe Macht und Barmhertzigkeit wird gepriſen / 18.

1. Die Weißheit richtet ihre Werck durch die Händ deß heiligen Propheten.

2. Und ſie zogen durch die Einöd / darin niemand wohnet / und ſchlugen ihre Hütten auf an wüſten Oertern.

3. Sie ſtunden wider ihre Feind / und nahmen Rach von den Widerwärtigen.

4. Als ſie Durſt hatten, rieffen ſie dich an / da ward ihnen Waſſer gegeben auß einem ſehr hohen Felſen u. ihr Durſt wurd auß einẽ hartẽ Stein geſtillet.

5. Dan durch welche Ding ihre Feind Straff gelitten haben / da ihnen ihr Tranck abgienge / und darin ſich die Kinder Iſrael erfreueten / da ſie Uberfluß hatten /

6. Dadurch iſt ihnen Guts geſchehen / als ſie Mangel litten.

7. Dan für eben den Brunnen deß immerflieſſenden Waſſers / haſt du den Ungerechten menſchliches Blut gegeben.

8. Und als ihrer weniger worden ſeynd wegen der Mißhandlung mit den getödten Kindern / haſt du ihnen unverhofft überflüſſig Waſſer geben /

9. Und haſt durch den Durſt / der damals war / zuer=

zuerkennen geben / wie du die Deine erhöheſt / und ihre Widerwärtige umbringeſt.

10. Dan als ſie verſucht seynd worden / und zwar in der Barmhertzigkeit ihre Züchtigung empfangen / da haben ſie verſtanden / was für Peyn die Gottloſe leyden müſſen / die im Zorn seynd geurtheilet worden.

II. 11. Alſo haſt du diſe / wie ein Vatter / ermahnet / und bewehret / jene aber wie ein ſtrenger König befragt und verdammt.

12. Dan die Abweſende und Gegenwärtige seynd gleichmäſſig geplaget worden.

13. Dan es bekümmerte ſie ein zweyfacher Verdruß / und ein Seufftzen auß Gedächtnuß der verlauffenen Dingen.

14. Dan als ſie höreten / daß ihnen durch ihr Leyden guts widerfuhre / gedachten ſie an den HErrn / und verwunderten ſich über den endlichen Außgang.

15. Dan dē ſie vormals durch das boßhaffſtige Außlegen verworffen / u. ſchimpflich verachtet habē / über diſen haben ſie ſich am End bey Außgang d' Sachen verwundert: da ſie vil anderſt Durſt litten als die Gerechte.

16. Aber für die närriſche Gedancken ihrer Ungerechtigkeit / daß etliche auß Irrthum ſtumme Schlangen / und nichtswerthige Thier geehret haben / haſt du vil ſtumme Thier zur Rach unter ſie geſandt.

17. Auf daß ſie erfuhren / daß einer eben dadurch geſtraffet wird / dardurch er ſündiget.

III. 18. Dan deiner allmächtigen Hand / welche den Erdkreiß auß einer unſichtbaren Materi erſchaffen hat / iſt nit unmöglich geweſen / vil Bären und mutige Löwen unter ſie zu ſenden:

19. Oder ſonſt neuer Art unbekannt zornige Thier / oder die einen feurigen Dampff blaſen / oder einen feurigen Geruch von ſich geben / oder ſchröckliche Funcken auß den Augen gehen laſſen:

20. Von welchen ſie nit allein möchten auß Verſetzung vertilget / ſondern auch durch ihr Anſehen auß Forcht getödtet werden.

21. Ja ſie hätten auch ohn diſe Ding von ihren Ubelthaten ſelbſt Verfolgūng leyden / auch mit einem Anblaſen umgebracht / und durch den Geiſt deiner Krafft zerſtreuet werden können. Aber du haſt alle Ding in der Maaß / und in der Zahl / und Gewicht verordnet.

• 22. Dan groſſes Vermögen iſt allezeit bey dir allein übrig / und wer kan der Macht deines Arms widerſtehen?

23. Dan der Erdboden iſt vor dir / wie das auß-

quemadmodum tuos exaltares, & adverſarios illorum necares.

10. Cùm enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordiâ *m* diſciplinam accipientes, ſcierunt quemadmodum cum irâ judicati impij tormenta paterentur.

II. 11. Hos quidem tamquam pater monens probaſti: illos autem tamquam durus rex interrogans condemnaſti.

12. Abſentes enim & præſentes ſimiliter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14. Cùm enim audirent per ſua tormenta benè ſecum agi, commemorati ſunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15. Quem enim in expoſitione pravâ projectum deriſerunt, in finem eventûs mirati ſunt: non ſimiliter juſtis ſitientes:

16. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitatis illorum, *n* quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſupervacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animaliū *o* in vindictam:

17. ut ſcirent, quia per quæ peccat quis: per hæc & torquetur.

III. 18. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbē terrarum ex materia inviſa, *p* immittere illis multitudinē urſorum, aut audaces leones,

19. aut novi generis irâ plenas ignotas beſtias, aut vaporem ignium *q* ſpirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes *r*:

20. quarum non ſolùm læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere.

21. Sed & ſine his, uno ſpiritu *s* poterant occîdi, perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum virtutis tuæ: ſed omnia in menſura, & numero, & pondere *t* diſpoſuiſti.

22. Multùm enim valere *u*, tibi ſoli ſupererat ſemper, & virtuti brachij tui quis reſiſtet?

23. Quoniam tamquam momentum ſtateræ

m ex miſericordia profectam.

n Infr. 12. 24.

o ſc. ranas, ſciniphes, muſcas, & locuſtas.

p Lev. 26. 22. Infr. 16. 1. Jerem. 8. 17

q Græcè ignivomum halitum efflantes.

r Græcè, fulgurantes qui ſolent balenæ, baſiliſci. lupi.

s flatu.

t ſumma æquitate & ratione numerans plagas &c.

u ſeu poſſe & potentia.

ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tamquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.

24. Sed miſereris omnium, qui omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25. Diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti.

26. Quomodo autem poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum *x* non eſſet, conſervaretur?

27. Parcis autem omnibus *z*, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.

x creatum.

z hominibus ſi pœniteant.

ſchlagende Zünglein der Waag/ und wie ein Tröpflein Thaues/ das vor Aufgang deß Liechts auf die Erd herab fallt.

24. Aber du erbarmeſt dich über alle Menſchen/ dan du vermagſt alles/ und überſiheſt die Sünd der Menſchen/ um der Buß willen.

25. Dan du haſt lieb alles was iſt/ und haſſeſt nichts von dem/ ſo du gemacht haſt: dan du haſt nichts auß Haß verordnet oder erſchaffen.

26. Wie könnte aber etwas bleiben ohn deinen Willen? oder wie könnte erhalten werden/ ſo du nit beruffen haſt?

27. Du aber ſchoneſt allen Dingen dan ſie ſeynd dein/ O HErr/ der du die Seelen lieb haſt.

CAPUT XII.

I. *Sapientia in terram ſanctam introducit.* 1.

II. *Non ſubitò Chananæos delet, cum tamquam omnium Dominus poſſet:* 8.

III. *Ut hac clementia electos ſuos de ſua bonitate benè ſperare faceret, eoſq; à peccatis revocaret.* 19

Das XII. Capitel.

I. Daß die Weißheit ſein Volck in das gelobte Land einführe/ 1.

II. Daß GOttes Gerechtigkeit mit groſſer Gütigkeit vermiſchet ſeye/ 8.

III. Die jenige aber/ ſo die Strengheit der Gerechtigkeit erfahren/ haben es durch ihre Hartnäckigkeit verurſacht/ 19.

1. O Quàm bonus, & ſuavis eſt Domine, ſpiritus tuus in omnibus!

2. Ideoque eos, qui exerrant, *a* partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris *b*: ut relictâ malitiâ, credant in te, Domine.

3. *c* Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti,

4. quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina *d*, & ſacrificia injuſta,

5. & filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominum, & devoratores ſanguinis à medio *e* ſacramento tuo.

6. & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum,

7. ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra.

II. 8. Sed & his tamquam hominibus pepercisti, & miſiſti antecesſores exercitus tui veſpas *f* ut illos paulatim exterminarent.

9. Non quia impotens eras in bello ſubjicere impios juſtis, aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare:

10. ſed partibus *g* Judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quo-

a per partes & paulatim.

b intus per inſpirationes, deforis per correptiones.

c Deut. 9. 20. & 12. 29. & 18. 12.

d Græcè, veneficia.

e haurientes humanum ſanguinem, dum interponerent juramentum.

f Joſ. 24. 12.

g per partes paulatim Exod. 23. 30. Deut. 7. 22.

1. O HErr/ wie gut und ſüß iſt dein Geiſt in allen Dingen!

2. Derowegen ſtraffeſt du die jenige allgemach/ welche auß der Ban tretten: und erinnerſt ſie/ womit ſie ſündigen/ und redeſt ihnen zu: damit ſie die Boßheit verlaſſen und an dich HErr glauben

3. Du haſt zwar ein Abſcheuen gehabt/ von den alten Innwohnern deines heiligen Lands/

4. Dieweil ſie mit Zauberey und gottloſen Opffern ſehr verhaßte Thaten vor dir begiengen/

5. Sie födteten auch ohne Barmhertzigkeit ihre eigene Kinder/ und fraſſen der Menſchen Ingeweid/ und verſchlungen das Blut mitten bey deinem Geheimnus *a*.

6. Und du haſt die Eltern/ welche ein Urſach waren/ daß die hülffloſe Seelen erwürget wurden/ durch die Händ unſerer Vätter vertilgen wollen:

7. Damit ſie das Land/ ſo dir für allen andern ſehr lieb iſt/ zu einer würdigen Wohnung der Kinder GOttes einnamen.

II. 8. So haſt du gleichwohl ihrer/ als Menſchen verſchonet/ und haſt Vorlauffer deines Heers die Weſpen außgeſandt/ ſie allgemach zu vertilgen.

9. Nit darum/ als wäreſt du nit mächtig genug geweſen/ die Gottloſe den Gerechten im Streit zu unterwerffen/ oder ſie ſammtlich durch greuliche wilde Thier/ oder mit einem harten Wort außzureuten:

10. Sondern du haſt ſie allgemach gerichtet/ und ihnen Raum zur Buß gegeben/ wiewohl du

a Eyd-Schwur.

wuß-

wuſteſt / daß ihr Geſchlecht ſchalckhafftig / und die Boßheit ihnen von Natur angeboren ſeye / daß auch ihre Gedancken in Ewigkeit nit kônten verândert werden.

11. Dan es war von Anfang ein verfluchter Saamen : du lieſſeſt ihnen auch ihre Sûnd nach / nit als wan du dich fûr jemand zu fôrchten hâtteſt.

12. Dan wer wil zu dir ſagen: Was haſt du gethan? oder wer wird deinem Urtheil widerſtehen? oder wer wird vor dein Angeſicht kommen / die ungerechte Menſchen zu erretten? oder wer wird dirs zuſchreiben / ſo die Vôlcker umkommen / die du gemacht haſt?

13. Dan es iſt kein anderer GOtt / als du / der du Sorg trageſt fûr alle Ding: damit du zuerkennen gebeſt / daß du kein unrecht Urtheil fâlleſt.

14. Dan weder Kônig / noch Tyrann wird vor deinem Angeſicht Nachfrag halten / wegen der jenigen / die du verderbet haſt.

15. Dieweil du dan gerecht biſt / ſo verordneſt du alle Ding recht. Du halteſt es auch dafûr / daß es zu deiner Macht nit gehôre / einen zu verdammen / der die Straff nit verdienet hat.

16. Dan deine Stârck iſt ein Anfang der Gerechtigkeit: und dieweil du ein HErr biſt aller Dingen / eben das macht / daß du ûberal verſchoneſt.

17. Du beweiſeſt auch deine Macht / wan man von dir nit glaubt / daß deine Macht vollkommen ſey / und ſtraffeſt die Kûnheit der jenigen / die dich nit erkennen.

18. Du aber / der du mit Macht herrſcheſt / urtheileſt mit Sanfftmuth / u. regiereſt uns mit groſſem Uberſehen: dan wan du wilt / ſo iſt das Vermôgen bey dir.

III. 19. Du haſt aber dein Volck durch ſolche Werck gelehret / daß man gerecht und freundlich ſeyn muß / und haſt auch deinen Kindern gute Hoffnung gemacht: dan wan du urtheileſt / ſo gibſt du in den Sûnden Raum zur Buß.

20. Dan ſo du die Feind deiner Knechten / welche den Tod ſchuldig waren / mit ſolchem Auffmercken haſt geſtraffet / daß du ihnen Zeit und Raum gegeben haſt / dadurch ſie ſich von ihrer Boßheit abwenden môchten:

21. Mit was fleiſſigem Nachdencken haſtu dan deine Kinder geurtheilet / dieweil du ihren Vâttern Eid geſchworen / und mit ihnen Bûndnuß aufgerichtet haſt von guten Verheiſſungen?

22. Darum wan du uns zûchtigeſt / ſo plageſtu unſere Feind vilfâltig: damit wir deine Gûtigkeit betrachten / wan wir urtheilen / u. auf deine Barmhertzigkeit hoffen / wan ûber uns das Urtheil gefâllet wird.

niam nequam eſt natio eorum, & naturalis *h* malitia ipſorum, & quoniam non poterat *l* mutari cogitatio illorum in perpetuum.

11. Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

12. Quis enim dicet tibi: Quid feciſti? aut quis ſtabit contra judicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti?

13. Non enim eſt alius Deus quàm tu, *m* cui cura eſt de omnibus, ut oſtendas quoniam non injuſtè judicas judicium.

14. Neque rex, neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his, quos perdidiſti.

15. Cùm ergo ſis juſtus, juſtè omnia diſponis: ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute.

16. Virtus enim tua juſtitiæ initium eſt: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

17. Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, & horum, qui te neſciunt, audaciam traducis *n*.

18. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia *o* diſponis nos: ſubeſt enim tibi, cùm volueris, poſſe.

III. 19. Docuiſti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet juſtum eſſe & humanum *p*, & bonæ ſpei *q* feciſti filios tuos: quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ.

20. Si enim inimicos ſervorum tuorum, & debitos *r* morti, cum tanta cruciaſti attentione, dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia;

21. cum quanta diligentia judicaſti filios tuos, quorum parentibus juramenta & conventiones dediſti bonarum promiſſionum?

22. Cùm ergo das nobis diſciplinam *s*, inimicos noſtros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuã cogitemus judicantes *t*: & cùm de nobis judicatur *u*, ſperemus miſericordiã tuã.

h Græcè ingenita.

l ex hypotheſi quòd nollent attendere prodigia, mentemq; mutare.

m 1. Pet. 5. 7.

n de culpis ad pœnas.

o cum moderatione.

p benignum.

q bene ſperare de tua miſericordia.

r dignos & deſtinatos.

s nos caſtigans.

t expendentes tantam bonitatem.

u dum caſtigamur.

23. Unde & illis, qui in vita ſua inſenſatè & injuſtè vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta.

x Supr. 11. 16. *Rom.* 1. 23.
y Græcè vilia, noxia.
z punitionē.
a puerilibus pœnis eos caſtigando per veſpas, crabrones, muſcas.
b levibus pœnis.
c animadvertentes.
d extrema & perfecta condemnatio.

24. *x* Etenim in erroris via diutiùs erraverunt, deos æſtimantes hæc, quæ in animalibus ſunt ſupervacua *y*, infantium inſenſatorum more viventes.

25. Propter hoc tamquam pueris inſenſatis judicium *z* in deriſum dediſti *a*.

26. Qui autem ludibriis *b* & increpationibus non ſunt correcti, dignum Dei judicium experti ſunt.

27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipſis cùm exterminarentur videntes *c*, illum, quem olim negabant ſe noſſe, verum Deum agnoverunt: propter quod & finis condemnationis *d* eorum venit ſuper illos.

CAPUT XIII.

Abeſt Sapientia à vanis & ſtultis: I. Vani ſunt qui ex creaturis Deum non agnoſcentes, ipſas pro diis colunt: 1.

II. Stultiores qui opus artificis Deum dicunt, ab inſenſato idolo futura interrogantes. 10.

a Rom. 1. 18
b ſeu ens quod ſemper & neceſſariò eſt.
d Deut. 4. 19. & 17. 3.
e Vulcanum dicebant.
f aërem ſuperiorem, & puriorē, quem Jovem.
g Zodiacum.
h Neptunum.

1. VAni *a* autem ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt *b*, neque operibus attendentes, agnoverunt quis eſſet artifex:

2. *d* ſed aut ignem *e*, aut ſpiritum *f*, aut citatum aërem, aut gyrum *g* ſtellarum, aut nimiam aquam *h*, aut ſolem & lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt.

3. Quorum ſi ſpecie delectati, deos putaverunt: ſciant quantò his dominator eorum ſpecioſior eſt: ſpeciei enim generator hæc omnia conſtituit.

4. Aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis:

5. à magnitudine enim ſpeciei & creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator horum videri,

6. ſed tamen adhuc in his minor eſt querela. Et hi enim fortaſſe errant, Deum quærentes, & volentes invenire.

23. Daher du auch denjenigen / welche in ihrem Leben unweißlich / und in Ungerechtigkeit gelebt haben / eben durch ſelbes / ſo ſie geehret haben / die höchſte Marter angethan haſt.

24. Dan ſie ſeynd auf dem Weeg deß Irrthums vil zu lang irrig bliben / haben das für Götter gehalten / was unter den Thieren für unnütz geachtet wird / und haben gelebet / wie die unverſtändige Kinder.

25. Darum haſt du auch über ſie / als über unverſtändige Kinder ein Urtheil zum Spott gehen laſſen.

26. Aber die durch ſolche Verſpottung und Straff nit ſeynd gebeſſert worden / die haben das wolverdiente Urtheil GOttes erfahren.

27. Dan in denen Dingen / welche ſie litten / u. darüber zornig waren / u. ſahen / daß ſie eben durch diſe / ſo ſie für Götter hielten / vertilget wurden / da erkannten ſie denſelbigen für den wahren GOtt / den ſie vormahls als unbekant verlaugnet hatten: darum auch das End ihrer Verdammnuß über ſie kommen iſt.

Das XIII. Capitel.

I. Die / ſo auß den Creaturen GOtt nit erkannt / ſondern die Element / Stern / ꝛc. für GOtt gehalten / waren närriſch / 1.

II. Noch närriſcher / welche die irrdiſche Creaturen dafür halten / und von ihnen Weiſſagung begehren / 10.

1. Alle Menſchen aber ſeynd eytel / in welchen die Erkänntnuß GOttes nit iſt und welche auß den ſichtbaren guten Dingen / den / der da iſt / nit haben erkennen mögen / haben auch auf die Werck nit acht genommen / noch darauß verſtanden / wer der Meiſter ſeye:

2. Sondern ſeynd in der Meynung geweſen / daß entweder das Feuer / oder der Wind / oder die geſchwinde Lufft / oder die umlauffende Sternen / oder das gewaltige Waſſer / oder die Sonn und Mond / Regenten der Welt / und Götter wären.

3. Haben ſie nun an der ſchönen Geſtalt diſer Dingen Luſt gehabt und derowegen vermeynt / daß ſie Götter wären / ſo ſo ſollen ſie wiſſen / wie vil ſchöner der ſey / der über diſe Ding herrſchet. Dan d' die ſchöne Geſtalt erſchaffē hat / d' hat diß alles gemacht.

4. Oder haben ſie ſich über die Krafft / u. Würckung diſer Dingē verwundert / ſo ſollen ſie darauß verſtehen / daß d' / ſo ſie erſchaffen / vil ſtärcker iſt / als ſie.

5. Dan auß der Gröſſe der Schönheit / und der Creaturen / kan man zu guter maſſen ihren Schöpffer erkennen.

6. Es iſt gleichwol noch über diſe weniger zu klagen / dan ſie irrē auch villeicht / wan ſie GOtt ſuchen und ihn begehren zu finden.

7. Dan dieweil ſie mit ſeinen Wercken umgehen/ ſo forſchen ſie nach/ und halten für gewiß/ daß es gut ſeye/ was man ſihet.

8. Aber hingegen ſo iſts diſen auch nit zu verzeihen.

9. Dan haben ſie ſo vil wiſſen mögen/ daß ſie auf die Welt acht haben können/ warum haben ſie dan den HErrn der Welt nit leichtlicher gefunden.

II. 10. Aber es ſeynd unſeelige Leut/ und ihre Hoffnung iſt unter den Todten/ welche Götter genannt haben/ was von Menſchen Händen gemacht war/ als Gold und Silber/ und was die Kunſt erfunden hat/ und die Gleichnuſſen der Thieren/ oder einen unnützen Stein/ der vor alters mit Händen zubereitet worden iſt.

11. Oder wan ein Zimmermann ein ſtarck Holtz im Wald abgehauen hat/ und thut die Rind geſchicklich davon/ brauchet ſeine Kunſt/ und macht mit Fleiß ein Gefäß darauß/ das im gemeinen Leben nutzlich iſt.

12. Aber was davon abfält in der Arbeit/ daß brauchet er/ die Speis damit zubereiten:

13. Was ſonſt davon übrig bleibet/ das man nirgends zu brauchen kan/ dieweil es etwan krum̃/ und voller eingewachſener Aeſten iſt/ daſſelbig ſchnitzet er mit Fleiß/ wan er müſſig iſt/ daß er ihm durch Erfahrnuß ſeiner Kunſt eine Geſtalt gebe/ und die Bildnuß eines Menſchen/

14. Oder einem von den unvernünfftigen Thieren gleich und ähnlich mache: darnach überſtreicht ers mit rother Farb u. macht mit dem Anſtreichen/ daß ſeine Farb röthlecht wird/ und verkleibet auch alle Flecken/ die daran ſeynd:

15. Und richtet ihm ein feine Wohnung zu/ und ſetzt es an die Wand/ und macht es mit Eiſen veſt/

16. Damit es nit etwan falle ſo wol verſihet ers/ dieweil er weiſt/ daß es ihm ſelbſt nit helffen kan. dan es iſt ein Bild/ u. hat frembder Hülff vonnöthen.

17. Dem gelobet er/ und ſuchet Rath bey ihm für ſeine Güter/ und für ſeine Kinder/ und in Heyrath-Sachen. Und ſchämet ſich der Menſch nit mit dem̃ zureden/ der keine Seel hat:

18. Zwar er bittet einen Schwachen um Geſundheit/ einen Todten um das Leben/ u. einen/ der nichts nutz iſt/ ruffet er um Hülff an.

19. Und erſucht den um ein glückliche Reiß/ der nit gehen kan: daß er auch etwas gewinnen und ein Werck verrichten/ auch in allen Dingen glücklichen Fortgang haben möge/ das begehret er von dem/ der zu keinem Ding nutz iſt.

7. *l* Etenim cùm in operibus illius converſentur, inquirunt: & perſuaſum habent quoniam bona ſunt quæ videntur. [*l* Rom. 1. 21.]

8. Iterum autem nec his debet ignoſci.

9. Si enim tantùm potuerunt ſcire, ut poſſent æſtimare *m* ſæculum: quomodo hujus Dominum non faciliùs invenerunt? [*m* cognoſcere.]

II. 10. Infelices autem ſunt, & inter mortuos ſpes illorum *n* eſt, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & ſimilitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manûs antiquæ. [*n* de illorum ſalute deſperatum eſt.]

11. *o* Aut ſi quis artifex faber de ſilva lignum rectum ſecuerit, & hujus doctè eradat omnem corticem, & arte ſuâ uſus, diligenter fabricet vas utile in converſationem vitæ, [*o* Iſai. 44. 12. Jerem. 10. 3]

12. reliquiis autem ejus operis, ad præparationem eſcæ abutatur:

13. & reliquum horum, quod ad nullos uſus facit, lignum curvum, & vorticibus plenum *p*, ſculpat diligenter per vacuitatem ſuam *q*, & per ſcientiam ſuæ artis figuret illud, & aſſimilet illud imagini hominis, [*p* Græcè, cum nodis natum, nodoſum. *q* otium ſuum.]

14. aut alicui ex animalibus illud comparet *r*, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo eſt, perliniens: [*r* aſſimilet.]

15. & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro,

16. ne fortè cadat, proſpiciens illi, ſciens quoniam non poteſt adjuvare ſe: imago enim eſt, & opus eſt illi adjutorium,

17. Et de *s* ſubſtantia ſua, & de filiis ſuis, & de nuptijs votum faciens inquirit *t*: Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt: [*s* id eſt, pro ſubſtantia &c. *t* opem.]

18. & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adjutorium inutilem invocat:

19. & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non poteſt: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

CAPUT XIV.

I. Utilis inventio navis, quâ tempore diluvii ſemen humanum per Sapientiam ſervatum eſt: 1.
II. Idolum autem maledictum eſt cum ſuo fabricatore: 8.
III. Idololatriæ exordia, progreſſus, & mala ex illa procedentia. 20.

1. ITerum alius navigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe, fragilius lignum *a* invocat.

2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, & artifex ſapientiâ fabricavit ſuâ

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat: *b* quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam *c*,

4. oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſalvare, etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare.

5. Sed ut non eſſent vacua *d* ſapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt:

6. *e* ſed & ab initio cùm perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens, remiſit *f* ſæculo ſemen nativitatis *g*, quæ manu tuâ erat gubernata.

7. Benedictum eſt enim lignum, per quod fit juſtitia *h*.

II. 8. *l* Per manus autem quod fit idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile, deus cognominatus eſt.

9. Similiter *m* autem odio ſunt Deo impius & impietas ejus.

10. Etenim quod factum eſt, cum illo, qui fecit, tormenta patietur *n*.

11. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus *o*: quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.

12. Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum: & adinventio illorum, corruptio vitæ eſt:

13. neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14. Supervacuitas *p* enim hominum hæc advenit in orbem terrarum: & ideo brevis illorum finis eſt inventus *q*.

a Græcè, putridum lignum, ex quo idolum eſt factum.
b Exod. 14. 22.
c tutam.
d otioſa, ſed navibus advecta ſervirent hominum uſibus.
e Gen. 6. 4. & 7. 7.
f reliquit.
g poſteritatem.
h juſtus & honeſtus uſus: myſticè reſpicit ad Chriſti crucem & ſatis actionem.
l Pſal. 113. 4. *Baruch.* 6. 3
m æquè.
n eo modo, quo capax eſt.
o ſine reſpectu & exceptione deſtruentur
p ſuperflua vanitas, Græcè Genodoxia ſeu vana gloria.
q ſub illud tempus, quo idololatria eſt invecta.

Das XIV. Capitel.

I. Das Schiff und Holtz / im gehaimen Verſtand Chriſti Kirch und Creutz wird gelobt. 1.
II. Das Götzen-Bild und die Abgötterey verflucht. 8.
III. Anfang der Abgötterey / und was für Schaden ſelbige verurſachet / 20.

1. WIderum ein anderer denckt ein Schifffahrt zu thun / und wan er anfahet durch die wilde Wellen zu fahren ſo rufft er ein Holtz an / das ſchwächer iſt / als das Holtz: ſo ihn traget.

2. Dan daſſelbig iſt von der Begird etwas zugewinnen erdacht worden / und der Werckmeiſter hats durch ſeine Weißheit gebauet:

3. Aber dein Fürſichtigkeit / O Vatter / regierets: dan du haſt auch im Meer einen Weeg gegeben / und zwiſchen den Waſſerwellen einen ſehr ſtarcken *a* Durchgang /

4. Damit anzuzeigen / daß du mächtig ſeyeſt auß allen Dingen zuhelffen: wan ſchon jemand auch ohn Erfahrnuß aufs Merr kommen ſolte.

5. Damit aber die Werck deiner Weißheit nit umſonſt ſeyen / ſo vertrauen die Menſchen ihre Seelen auch einem geringen Holtz / und werden durch ein Schiff erhalten / wan ſie über Meer fahren.

6. Als auch im Anfang die hoffärtige Riſen umkamen / flohe die Hoffnung deß Erdkreiſſes in ein Schiff / welches dein Hand regirte, und hinterließ alſo der Welt den Geburts Saamen.

7. Dan geſeegnet iſt das Holtz / dadurch geſchicht was recht iſt-

II. 8. Aber ein Abgott / der mit Händen gemacht wird / iſt verflucht / der Abgott ſelbſt und der ihn machet: diſer darum / daß er ihn gemacht hat / aber der Abgott darum / daß er Gott genannt wird / da er doch ein vergänglich Ding iſt.

9. Ingleichen haſſet GOtt den Gottloſen / und ſein gottloß Weeſen.

10. Dan was gemacht iſt / das ſol mit dem geſtraffet werden / der es gemacht hat.

11. Darum ſollen auch die Abgo̊tter der Heyden kein Anſehen haben: dieweil die Creaturen GOttes den Seelen der Menſchen feindſeelig / und zur Anfechtung / auch den Füſſen der Unverſtändigen zu einer Fallen gemacht ſeynd worden.

12. Dan daß man Abgötter erdacht hat iſt ein Anfang der Hurerey: und ihre Erfindung iſt ein Verwüſtung deß Lebens.

13. Dan ſie ſeynd von Anfang nit geweſen / und werden auch nit ewiglich bleiben.

14. Dan die Eitelkeit der Menſchen iſt auf den Erdboden kommen / darum ſich auch befunden hat / daß ihr End kurtz worden.

a ſichern. 15.

15. Dan ein Vatter / da er hertzlich betrübet war über ſeinen Sohn / der ihm unzeitig abgenommen worden / machte ſein Bildnuß : und fieng an denſelben / der damahls wie ein Menſch geſtorben war / nunmehr wie einen Gott zu ehren / und ſtellte auch Gottsdienſt und Opffer an unter ſeinen Knechten.

16. Folgends / als mittler Zeit die Gottloſe Gewonheit ſtarck worden / iſt diſer Irrthum wie ein Geſatz gehalten worden / und wurden die gemachte Bilder wegen der Tyrannen Befelch geehret.

17. Welchen auch die Menſchen offentlich nit kunten Ehr anthun / darum weil ſie weit von dannen waren / derſelbigen Bild lieſſen ſie von fernen bringen / und machten ein ſichtbarlich Bildnuß deß Königs / den ſie ehren wolten : damit ſie dem abweſenden mit ihrer Sorgfältigkeit Ehr erzeigeten / als wan er zugegen wäre.

18. Es hat auch der treffliche Fleiß deß Meiſters die Unwiſſende zu diſem abgöttiſchen Dienſt befördert.

19. Dan dieweil er dem jenigen / der ihn angenom̃en / wohlgefallen wolte / hat er ſich durch ſeine Kunſt bemühet, das Bild ſehr außbündig zumachẽ.

III. 20. Aber der gemeine Pöfel iſt durch die Schönheit deß Wercks verführet worden / und hat denſelben / der vorzeiten wie ein Menſch geehret worden / numehr für Gott gehalten.

21. Und diß iſt der Betrug deß Menſchlichen Lebens geweſen : weil die Menſchen entweder ihrer Neigung / oder den Königen gedienet / und auf Stein und Holtz den Namen gelegt haben / der niemand mitgetheilet wird.

22. Es war ihnen auch nit genug / daß ſie in der Erkanntnuß GOttes irreten / ſondern da ſie im groſſen Streit der Unwiſſenheit lebten / haben ſie das vilfältig und groſſe Unheil / Friden genannt.

23. Dan entweder opffern ſie ihre Kinder / oder halten ſonſt verborgene Opffer / oder ſie wachen in einem wütenden Weeſen /

24. Und halten nunmehr weder ihr Leben / noch ihren Eheſtand rein / ſondern einer erwürget den andern auß Neid oder beleidiget ihn mit Ehebruch:

25. Und gehet alles vermiſchet durcheinander / Blut / Todſchlag / Diebſtal / und Heucheley / Verderben / und Untreu / Unruh / und Eidbruch / Betrübung der Frommen.

26. Daß auch GOttes vergeſſen wird / Beflecƙung der Seelen / Veränderung der Geburt / unbeſtändige Ehe Unordnung mit Ehebruch und Unzucht.

15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem: & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tamquam deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra & ſacrificia.

16. Deinde interveniente tempore, convaleſcente iniquâ conſuetudine, hic error tamquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.

17. Et hos, quos in palam homines honorare non poterant propter hoc quòd longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut illum, qui aberat, tamquam præſentem colerent ſua ſolicitudine.

18. Provexit autem ad horum culturam & hos, qui ignorabant *r*, artificis eximia diligentia.

19. Ille enim volens placere illi, qui ſe aſſumpſit *s*, elaboravit arte ſua, ut ſimilitudinem in melius figuraret.

r id eſt, ignorantes & ſtultos.
s conduxit ad opus faciendum.

III. 20. Multitudo autem hominum abducta per ſpeciem operis, eum, qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat, nunc deum æſtimaverunt.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deſervientes homines, incommunicabile *t* nomen *u* lapidibus & lignis impoſuerunt.

22. Et non ſuffecerat erraſſe eos circa Dei ſcientiam, ſed & in magno viventes inſcientiæ bello *x*, tot & tam magna mala pacem appellant.

t creaturis.
u naturam, gloriam & cultum Dei.
x ignorantiæ diſcordia.

23. *y* Aut enim filios ſuos ſacrificantes, aut obſcura ſacrificia facientes, aut inſaniæ plenas vigilias habentes *z*,

y *Deut.* 18. 10. *Jer* 7. 6.
z Græcè comeſſationes agentes.

24. neque vitam, neque nuptias mundas jam cuſtodiunt, ſed alius alium per invidiã occidit, aut adulterans contriſtat:

25. & omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & perjurium, tumultus bonorum *a*,

26. Dei immemoratio *b*, animarum inquinatio, nativitatis *c* immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.

a vexatio & perturbatio
b Dei veri oblivio.
c generationẽs per præpoſteras libidines.

27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium & finis.

28. Aut enim dum lætantur, inſaniunt: aut certè vaticinantur falſa, aut vivunt injuſtè, aut pejerant citò.

29. Dum enim confidunt in idolis, quæ ſine anima ſunt, malè jurantes noceri ſe non ſperant. *d*

30. Utraque *e* ergo illis evenient dignè, quoniam malè ſenſerunt de Deo, attendentes idolis, & juraverunt injuſtè, in idolo contemnentes juſtitiam.

31. Non enim juratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper injuſtorum prævaricationem.

d lædi ſe vel læſum iri non timent, vel expectant.

e pœna idololatriæ & perjurii.

27. Dan der Dienſt / der den ſchändlichen Abgöttern geleiſtet wird / iſt ein Urſach / Anfang und End alles Böſen.

28. Dan entweder wüten ſie / wan ſie ſich fröhlich machen: oder ſie weiſſagen doch / was nit wahr iſt / oder ſie leben in Ungerechtigkeit / oder ſie thun leichtlich einen falſchen Eyd.

29. Dan dieweil ſie auf die Abgötter vertrauen / die kein Seel haben / ſo ſtehen ſie in der Hoffnung / daß es ihnen nit ſchade / wan ſie fälſchlich ſchwören.

30. Derowegen wird zweyerley Straff billich über ſie kommen: dieweil ſie von GOtt nit recht geurtheilet / ſondern auf die Abgötter acht genommen / auch nit recht geſchworen / ſondern mit Betrug die Gerechtigkeit verachtet haben.

31. Dan es wird nit die Krafft deren Dingen / dabey man ſchwöret / ſondern die Straff der Ubelthäter allezeit den Ungerechten / wegen ihres Ungehorſams widerfahren.

Caput XV.

I. Vox & gratiarum actio fidelium quod per miſericordiam Dei ab idololatria ſint ſervati: 1.
II. Subſannat idolorum artifices ac cultores. 7.

1. TU autem Deus noſter, ſuavis & verus *a* es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia.

2. Etenim ſi peccaverimus, tui *b* ſumus, ſcientes magnitudinem tuam *c*: & ſi non peccaverimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati *d*.

3. Noſſe enim te *e*, conſummata juſtitia eſt; & ſcire juſtitiam *f*, & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis.

4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra *g* picturæ labor ſine fructu, effigies ſculpta per varios colores,

5. cujus aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem ſine anima.

6. Malorum amatores, digni ſunt qui ſpem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

II. 7. *h* Sed & figulus mollem terram premens, laborioſè fingit ad uſus noſtros unumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda ſunt in uſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria: ho-

a verax.
b ſub tua poteſtate.
c Græcè potentiam tuam.
d tibi in prætio, & chari, Græcè æſtimati.
e noſſe ut par eſt, vera & ſincera fide.
f modum & rationem juſtam te colendi & amandi.
g adumbratio.
h Rom. 9. 21.

Das XV. Capitel.

I. Die Glaubige loben GOtt / weil er ſie vor der Abgötterey bewahret hat / 1.
II. Und werden die Künſtler / ſo die Abgötter machen / verſpottet / 7.

1. ABer du unſer GOtt biſt gütig und warhafftig / biſt auch gedultig / und verordneſt alle Ding in Barmhertzigkeit.

2. Dan wan wir ſchon ſündigen / ſo seynd wir doch dein / und erkennen dein Gröſſe: wan wir aber nit ſündigen / ſo wiſſen wir / daß wir bey dir in acht genommen werden.

3. Dan dich erkennen iſt vollkommene Gerechtigkeit: und dein Gerechtigkeit und Krafft verſtehen / iſt ein Wurtzel der Unſterblichkeit.

4. Dan es hat uns das nit in Irrthum geführet / was die Menſchen mit böſen Fünden erdichtet haben / noch der Schatten der Gemähl / ſo ein unnütze Arbeit iſt, nemlich ein geſchnitztes Bild mit vilerley Farben angeſtrichen:

5. Deſſen Anſehen dem unverſtändigen Luſt gibt / daß er die Geſtalt eines todten Bilds lieb hat / darin keine Seel iſt.

6. Aber die Liebhaber deß Böſen / ſeynds wohl werth / daß ſie auf ſolche Ding ihre Hoffnung ſetzen / ſamt denen / ſo ſie machen / und ſie lieb haben / und ſie ehren.

II. 7. So trucket auch der Haffner weiche Erd / und macht mit groſſer Arbeit unterſchidliche Geſchirr darauß zu unſerm Gebrauch / und er macht von einerley Erd zum Gebrauch ſaubere Geſchirr / ingleichen auch zum Widertheil unſaubere: aber wo

zu

zu diſe Geſchirr zubrauchen ſeyen / das hat der Haffner zuentſcheiden.

8. Er macht auch von derſelbiger Erden einen Gott mit unnützer Müh / eben der / ſo unlängſten ſelbſt von der Erden gemacht worden war / der ſich auch über ein wenig dahin widerum verkehrt / daher er genommen iſt / wan die Schuld der Seelen / die er bekomen hat / võ ihm widerum gefordert wird

9. Er ſtehet aber in Sorgen / nit zwar darum daß er hernach Beſchwernuß habẽ wird / auch nit darũ / daß ſein Lebẽ ſo kurtz iſt: ſondern dieweil er mit den Goldſchmidẽ / u. Silberſchmidẽ Streit hat: er thuts aber auch denen nach / welche in Ertz arbeiten / u. haltets für einen Ruhm / daß er unnöthige Ding machet.

10. Dan ſein Hertz iſt Aſch / ſeine Hoffnung iſt unnütze Erd / und ſein Leben iſt verächtlicher als das Koth:

11. Dan er kennet den nit / der ihn erſchaffen hat / der ihm auch die würckende Seel eingeblaſen / und den lebendigen Geiſt eingeblaſen hat.

12. Ja ſie halten dafür / daß unſer Leben eine Kurtzweil ſey / daß auch der Lauff deſſelbigen Lebens / auf Gewerb und Gewinn gerichtet ſey / und daß man müſſe auß allen Dingen / auch auß dem Böſen / Gewinn ziehen.

13. Dan wer auß irrdiſchen Materi ſchlechte Geſchirr / und abgöttiſche Bilder macht / der weißt ja / daß er vor allen andern ſündiget.

14. Aber alle Feind deines Volcks und die über ſie herrſchen / ſeynd unwitzige / unglückliche / und über die maß der Seelen Hoffärtige.

15. Dieweil ſie alle Abgötter der Heyden für Götter halten / welche doch die Augen nit brauchen zu ſehen / noch die Naßlöcher den Athem zu ziehen / noch die Ohren zu hören / noch die Finger an den Händen zu greiffen / ihre Füß ſeynd auch träg zu wandlen.

16. Dan ein Menſch hat ſie gemacht: und der ſeinen Athem von einem andern bekommen hat / der hat ſie gebildet. Dan es kan ja kein Menſch einen Gott machen / der ihm gleich ſey.

17. Dan dieweil er ſterblich iſt / ſo machet er auch einen Todten mit ſeinen Gottloſen Händen. Er iſt zwar beſſer / dan die er ehret: dan er hat ja gelebet / ob er ſchon ſterblich war / aber jene haben niemahl gelebet.

18. Sie ehren aber auch die aller unflätigſte Thier: dan wan man andere unvernünfftige Thier mit ihnen vergleichet / ſo ſeynd ſie ärger als diſe.

19. Ja wan ſie einer anſchauet / ſo kan er doch an diſen Thieren nichts guts ſehen. Sie ſeynd

rum autem vaſorum quis ſit uſus, judex eſt figulus.

8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto: ille *l* qui paulò ante de terra factus fuerat, & poſt puſillum reducit ſe *m* unde acceptus eſt, repetitus animæ debitum *n* quam habebat.

9. Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt *o*, nec quoniam brevis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argentariis: ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert *p*, quoniam res ſupervacuas fingit.

10. Cinis eſt enim cor ejus, & terra ſupervacua ſpes illius, & luto vilior vita ejus.

11. quoniam ignoravit qui ſe finxit, & qui inſpiravit illi animam, quæ operatur, & qui inſufflavit ei ſpiritum vitalem.

12. Sed & æſtimaverunt luſum eſſe vitam noſtram, & converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecumque etiam ex malo acquirere.

13. Hic enim ſcit *q* ſe ſuper omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit.

14. Omnes enim inſipientes, & infelices ſupra modum animæ *r* ſuperbi, ſunt inimici populi tui, & imperantes illi:

15. quoniam omnia idola nationum deos æſtimaverunt, *s* quibus neque oculorum uſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri *t* ad ambulandum.

16. homo enim fecit illos: & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. Nemo enim ſibi ſimilem *u* homo poterit Deum fingere.

17. Cùm enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim eſt ipſe his, quos colit, quia ipſe quidem vixit, cùm eſſet mortalis, illi autem numquam.

18. Sed & animalia miſerrima *x* colunt: inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora *y*.

19. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt

l figulus.
m Græcè redibit in terram.
n debitum moriendi.
o ægrotaturus ſeipſum confecturus.
p ducit & reputat.
q poteſt facilè ſcire.
r quàm poſſit capere anima vel homo.
s Pſalm. 113. 5. & 134. 16.
t inepti.
u viventem.
x Græcè odioſiſſima.
y quia noxia ſunt ut ſerpentes &c.

gerunt autem Dei laudem, & benedictionem ejus.

Caput XVI.

I. Ægyptii ob idololatriam digna paſſi ſunt; Hebræi verò eſcam à Deo accipiunt: rurſus caſtigati per ſerpentes, erecto ſerpente æneo ſanantur à Deo: 1.
II. impii morte conſumpti ſunt per locuſtas, &c. 9.
III. illi per manna, ſatiati ſunt. 20.

1. PRopter hæc, & per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati *a* ſunt.

a Græcè cruciati.

2. Pro quibus tormentis benè diſpoſuiſti populum tuum, *b* quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui novum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram *c*:

b Num. 11. 31. *c* coturnices.

3. ut illi *d* quidem concupiſcentes eſcam propter ea, quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia averterentur. Hi *e* autem in brevi inopes facti, novam guſtaverunt eſcam.

d Ægyptii. *e* Iſraëlitæ.

4. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſupervenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantùm oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

5. *f* Etenim cùm illis ſupervenit ſæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur. *g*

f Num. 21. 6. *g* aliqui Hebræorum.

6. Sed non in perpetuum *h* ira tua permanſit, ſed ad correptionem in brevi turbati ſunt, ſignum *m* habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

h ſeu longũ tempus. *m* ſerpentem æneũ, ſignum ſalutis per Meſſiam.

7. Qui enim converſus eſt, non per hoc, quod videbat, ſanabatur, ſed per te omnium ſalvatorem:

8. in hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es, qui liberas ab omni malo.

II. 9. *o* Illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inventa ſanitas animæ illorum: quia digni erant ab hujuſmodi exterminari.

o Exod. 8. 24. & 10. 4. Apoc. 9. 7.

10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adveniens ſanabat illos.

11. In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur *p*, & velociter ſalva-

p Græcè exſtimulabantur.

über dem Lob und dem Seegen GOttes entrunnen.

Das XVI. Capitel.

I. Die Egyptier ſeynd wegen der Abgötterey hefftig geſtrafft worden/ 1.
II. Hingegen die Iſraeliten weil ſie gemurret/ ſeynd gezüchtiget/ 9.
III. Aber nach Erkanntnuß deß Laſters/ mit Himmel-Brod geſpeiſt worden/ 20.

1. DArum haben ſie auch billich durch dergleichen Ding Marter gelitten/ und ſeynd durch die Menge der Thieren vertilget worden.

2. Du haſt aber an ſtatt derſelbigen Marter/ dein Volck wol verſehen/ dem du zum neuen Geſchmack gegeben haſt/ was es zu ſeinem Luſt begehret hat u. haſt ihm die Wachtlen zur Speiß bereitet:

3. Auf daß jene/ da ſie der Speiß begirig waren/ um der Dingen willen/ die ihnen ſeynd gezeiget/ und überſandt worden/ auch von der nothwendigen Begird abgewendet wurden. Diſe aber/ nachdem ſie ein geringe Zeit Mangel gelitten/ haben ein neue Speiß verſuchet.

4. Dan jene haben unvermeidentlich zu Grund gehen müſſen/ und ſeynd zwar nit zuentſchuldigen geweſen/ dieweil ſie Tyranney geübet haben: aber diſen muſte allein gezeiget werden/ wie ihre Feind vertilget wurden.

5. Dan auch über ſie kame der grimmige Zorn der wilden Thieren daß ſie von ſchädlichen Schlangen gebiſſen wurden/ und umkamen.

6. Aber dein Zorn hat nit ewiglich gewehret: ſondern ſie ſeynd zur Straff ein geringe Zeit betrübet worden/ u. hatten ein Zeichen deines Heyls/ dadurch ſie ſich der Gebotten deines Geſatzes erinnerten.

7. Dan wer ſich umkehrete/ der ward nit geſund durch das/ ſo er ſahe/ ſondern durch dich/ der du aller Menſchen Heyland biſt.

8. Aber du haſt dadurch unſern Feinden zuerkennen geben/ daß du derſelbig biſt/ der von allem Böſen erlöſet.

II. 9. Dan jene ſeynd von Heuſchröcken/ und Fliegen gebiſſen/ und getödtet worden: man hat auch keinen Rath finden mögen/ ihren Seelen zuhelffen: dan ſie warens werth/ daß ſie von ſolchen Thieren vertilget wurden.

10. Aber es haben auch die Zän der gifftigen Schlangen deine Kinder nit übergwältiget/ dan dein Barmhertzigkeit kam herzu/ und machte ſie geſund.

11. Dan ſie wurden darum geſtrafft/ daß ſie an deine Wort gedencken ſolten/ es ward ihnen auch bald

bald geholffen / damit ſie nit in tieffe Vergeſſenheit fielen / und dein Hülff nit brauchen könnten.

12. Dan es hat ſie weder Kraut / noch Pflaſter geſund gemacht / ſondern dein Wort / O HErr / das alles heilet.

13. Dan du biſt der jenig / O HErr / der über Leben und Tod Gewalt hat u. du führeſt biß an die Porten deß Tods / u. führeſt auch widerum zuruck:

14. Der Menſch aber tödtet zwar durch ſeine Boßheit / und wan der Geiſt außgefahren iſt / ſo wird er nit widerkommen / er wird auch die Seel nit widerum bringen / die aufgenommen iſt:

15. Aber deiner Hand zuentrinnen iſt unmög lich.

16. Dan als dich die Gottloſe nit kennen wolten / ſeynd ſie durch die Stärck deines Arms geſchlagen worden: ſie ſeynd mit ungewöhnlichen Waſſern / mit Hagel und Regen verfolget / und durchs Feuer verzehrt worden.

17. Dan / ſo zu verwundern war / das Feuer nahm die Uberhand im Waſſer / das ſonſt alles löſchet: dan die Welt übet Rach für die Gerechte.

18. Dan auf eine Zeit ward das Feuer zam gemacht / damit die Thier nit verbrandt wurden / welche zu den Gottloſen überſandt waren: ſondern damit ſie ſehen und wiſſen ſolten / daß ſie nach Gottes Gericht ſolche Verfolgung litten.

19. Und auf ein andere Zeit entbrandte das Feuer über ſeine Krafft von allen Seiten im Waſſer / das Volck eines gottloſen Lands zuvertilgen.

III. 20. Dafür haſt du dein Volck mit der Engel-Speiß ernähret / und ihnen Brod das bereit war / vom Himmel herab ohn Arbeit gegeben / das alle Erluſtigung in ſich hatte / und allerhand ſüſſen Geſchmack.

21. Dan dein Weeſen oder Geſchöpff gab dein Gütigkeit zuerkennen / die du gegen deinen Kindern haſt / und dienete einem jeglichen zu ſeinem Willen / und was ein jeglicher begehrte / in ſelbes ward es verkehret.

22. Aber der Schnee und das Eyß ertrugen die Krafft deß Feuers / daß ſie nit zerſchmoltzen / damit ſie wuſten / daß das Feur / ſo unter dem Hagel brennet / und unter dem Regen glantzet / die Frücht der Feinden verderbte.

23. Widerum hat daſſelbig Feuer auch ſeiner Krafft vergeſſen / damit die Gerechte ernähret wurden.

24. Dan die Creatur dienet dir / dem Schöpffer / und wird feurig zur Plag wider die Ungerechte: ſie wird auch linder den jenigen Guts zuthun / die auf dich vertrauen.

bantur, ne in altam incidentes oblivionem *q*, non poſſent tuo uti adjutorio.

12. Etenim neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia.

13. *r* Tu es enim, Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis:

14. homo autem occidit quidem per malitiam, & cùm exierit ſpiritus *s*, non revertètur, nec revocabit animam quæ recepta eſt *t*:

15. ſed tuam manum effugere impoſſibile eſt.

16. *u* Negantes enim te noſſe impii, per fortitudinem brachii tui flagellati ſunt, novis *x* aquis, & grandinibus, & pluviis perſecutionem paſſi, & per ignem conſumpti *y*.

17. Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex eſt enim orbis juſtorum.

18. Quodam enim tempore, manſuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios miſſa erant animalia: ſed ut ipſi videntes ſcirent, quoniam Dei judicio patiuntur perſecutionem.

19. Et quodam tempore in aqua ſupra virtutem ignis, exardeſcebat undique, ut iniquæ terræ nationem exterminaret.

III. 20. *z* Pro quibus *a* angelorum eſcâ nutriviſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem.

21. Subſtantia enim tua *b* dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat: & deſerviens uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur.

22. *c* Nix autem & glacies ſuſtinebant vim ignis, & non tabeſcebant: ut ſcirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluviâ coruſcans.

23. Hic autem iterum ut nutrirentur juſti, etiam ſuæ virtutis oblitus eſt *d*.

24. Creatura enim tibi factori deſerviens exardeſcit in tormentum adversùs injuſtos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.

q tuæ legis.

r Deut. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Tob. 13. 2.

s de corpore.

t in aliam vitam.

u Exod. 9. 23.

x inſuetis & inſolitis.

y nota, hîc circa plagas Ægypti quædam narrari, quæ in Exodo ſubticentur.

z Exod. 16. 4. Num. 11. 7. Pſalm. 77. 25. Joan. 6. 31.

a q. d. econtra.

b ſeu manna.

c Exod. 9. 24.

d idem ignis, non conſumens ſed coquens manna, ut intortulas & placentas induceret ... v. 27 & Num. 11.

e propter varios ſapores.
f providentiæ.
g Deut. 3. 3. *Matth.* 4. 4
h fructus nati è terra.
l ortum ſolis.
m Græcè, Euchariſtiam, bonam gratiam tuam accipiendam, petendam, & reddendam.
n pigri & ſomnolenti
o inutilis.
a imperitæ & diſciplinæ impatientes.
b Exod. 10. 23.
c velut fugitiva mancipia à divina providentia, quæ aliàs orbem per ſolem & fidem illuminat, relegati.
d occultis.
e ſpectra.
f Exod. 7. 12. & 8. 7.

25. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata *e* omnium nutrici gratiæ *f* tuæ deſerviebat, ad voluntatem eorum, qui à te deſiderabant:

26. ut ſcirent filii tui, quos dilexiſti Domine, *g* quoniam non nativitatis fructus *h* paſcunt homines, ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderint, conſervat.

27. Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exiguo radio ſolis calefactum tabeſcebat:

28. ut notum omnibus eſſet, quoniam oportet prævenire ſolem *l* ad benedictionem *m* tuam, & ad ortum lucis te adorare.

29. Ingrati *n* enim ſpes tamquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tamquam aqua ſupervacua *o*.

CAPUT XVII.

Ægyptii triduanas paſſi ſunt tenebras, cum incredibili timore: reliquâ orbis parte, imò Hebræis in eadem regione clara luce fruentibus.

1. MAgna ſunt enim judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua; propter hoc indiſciplinatæ *a* animæ erraverunt.

2. *b* Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi *c* perpetuæ providentiæ jacuerunt.

3. Et dum putant ſe latere in obſcuris *d* peccatis, tenebroſo oblivionis velamento diſperſi ſunt, paventes horrendè, & cum admiratione nimiâ perturbati.

4. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes *e* illis apparentes pavorem illis præſtabant.

5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſyderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

6. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timore plenus: & timore perculſi illius, quæ non videbatur, faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur:

7. *f* & magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

25. Darum ließ ſie ſich auch damals in allerley Wandel und dienete deiner Gnad/ die alle Menſchen ernähret/ nach dem Willen der jenigen / welche das von dir begehreten.

26. Damit deine Kinder / die du lieb haſt / O HErr/ wiſſen ſolten/ daß nit die gewachſene Früchten die Menſchen ſpeiſen/ ſondern daß dein Wort die jenige erhalte/ die an dich glauben.

27. Dan was vom Feur nit konte vertilget werden/ das iſt alsbald von einem geringen Strahl der Sonnen erwärmet worden und zergangen:

28. Damit einem jeglichen kundtbar wurde/ daß man aufſtehen muß vor der Sonnen / dir Lob und Danck zu ſagen/ und bey Aufgang deß Liechts dich anzubetten.

29. Dan die Hoffnung deß Undanckbaren wird zerſchmeltzen/ wie das Eyß das im Winter gefrohren iſt/ und wird zerflieſſen wie unnützes Waſſer.

Das XVII. Capitel.

Auß Beſchreibung der Egyptiſchen Finſternuſſen/ werden die gerechte und ſtrenge Urtheil GOttes erklärt.

1. DAnn deine Gericht ſeynd groß/ O HERR/ und deine Wort kan man nit außreden: darum haben die unwiſſende Seelen geirret.

2. Dan dieweil es die Ungerechte dafür halten / daß ſie über das heilige Geſchlecht herrſchen köñen: ſeynd ſie mit Banden der Finſternuß und der langē Nacht verſtrickt unter den Tächern verſchloſſen/ u. als Flüchtige vor der ewigen Fürſichtigkeit gelegen.

3. Und da ſie vermeynet haben / daß ſie in den heimlichen Sünden verborgen wären ſeynd ſie unterm finſtern Deckel der Vergeſſenheit zerſtreuet / auch mit einem grauſamen Schröcken / und ſehr groſſer Verwunderung überfallen worden.

4. Dan die Höll/ darinn ſie waren / hat ſie von der Forcht nit befreyet: dan es kam ein Schall von oben herab/ und erſchröckte ſie/ und traurige Perſonen/ die ſich von ihnen ſehen lieſſen / verurſachten ihnen eine Forcht.

5. Und zwar keine Krafft deß Feuers hat ihnen Liecht geben können/ ſo hat auch die helle Flamm der Sternen die Grauſame Nacht nit erleuchten mögen.

6. Es erſchine ihnen aber ein Feuer / das unverſehens kam/ und voll Schröckens war: ſie erſchracken auch vor dem Angeſicht/ das man nit ſahe/ und vermeynten/ was geſehē ward/ das wäre vil ärger.

7. Auch waren darzu komen die Verſpottung der Zauberkunſt / und ſchmähliche Straff darum/ daß man ſich der Weißheit berühmet hatte.

8. Dan

8. Dan die jenige/ welche verheiſſen hatten / die Forcht und das Schröcken von den ſchwachen Seelen zu vertreiben / die wurden ſelbſt ſpöttlich mit Forcht und Schwachheit überfallen.

9. Dan ob ihnen wol die wunderliche Ding kein Schröcken machten/ ſo wurden ſie doch durch das vorüber gehen der Thieren / und durch das blaſen der Schlangen geſchröcket/ daß ſie mit zittern vergiengen / und vermeynten/ daß ſie den Lufft nit ſahen/dem doch niemand einiger maſſen entgehen kan

10. Dan weil die Schalckheit forchtſam iſt/gibt ſie Zeugnuß von der Verdammnuß: dan ein unruhig Gewiſſen beſorget ſich allezeit ſchwerer Straff.

11. Forcht aber iſt nichts anders/dan Eröffnung der Gedancken/ daß man Hülff begehret.

12. Und wan die Hoffnung inwendig gering iſt/ ſo haltet ſie die unbekandte Urſach gröſſer / um deren willen die Marter gelitten wird.

13. Aber die jenige/ welche mit gleichem Schlaf eingenommen waren/in der Nacht.die in der Warheit nichts thun konte/und von unten auß dem allertieffſten Grund der Höllen herauf kommen war /

14. Wurden bißweilen mit grauſamen Geſichtern erſchröcket bißweilen mit Ohnmacht überfallen / dan es war ein unverſehene Forcht plötzlich über ſie kommen.

15. Wan auch jemand unter ihnen zu Boden fiel/ der war gleichwie in einem Kercker / ohn Eyſen verwahret und eingeſchloſſen.

16. Dan wan es ein Baursmann war/oder ein Hirt/ oder ein Arbeiter auf dem Feld / der unverſehens von ihnen überfallen wurde / der muſte ein unvermeidliche Noth außſtehen.

17. Dan ſie waren alle mit einer Ketten der Finſternuß zuſammen gebunden. Wan dan entweder ein ſauſender Wind gehöret ward / oder zwiſchen den laubreichen Zweigen der Bäumen ein liebliches Geſang der Vöglen/

18. Oder ein Rauſchen deß Waſſers/ das mit Gewalt daher lieff/ oder ein ſtarckes Krachen der Felſen/ welche herunter fielen/oder ein unſichtbares Kurtzweiln u. Lauffen der Thieren / oder die ſtarcke Stim̃ der heulenden grimmigen Thieren / oder der Widerhall von den allerhöchſten Bergen: diß alles machte/ daß ſie auß Forcht in Ohnmacht fielen.

19. Dan der gantze Erdboden ward mit einem hellen Liecht erleuchtet / und in der Arbeit unverhindert erhalten.

20. Aber diſe beſchwerliche Nacht war allein über ſie eingeführet/als ein Vorbild der Finſternuß/

8. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere ſe ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant.

9. Nam etſi nihil illos *g* ex monſtris perturbabat: tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant: & aërem, quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre *h*.

10. Cùm ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit *l* ſæva, perturbata conſcientia.

11. Nihil enim eſt timor niſi proditio *m* cogitationis auxiliorum.

12. Et dum ab intus minor eſt expectatio *n*, majorem computat inſcientiam ejus cauſæ, de qua tormentum præſtat.

13. Illi *o* autem qui impotentem *p* verè noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſupervenientem, eumdem ſomnum *q* dormientes,

14. aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: ſubitaneus enim illis & inſperatus timor ſupervenerat.

15. Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus.

16. Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem.

17. Unâ enim catenâ tenebrarum omnes erant colligati. Sive ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos avium ſonus ſuavis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

18. aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inviſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore.

19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

20. Solis autem illis *r* ſuperpoſita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ ſuper-

g magos, qui ejusmodi monſtris aſſueverant.
h vel ferre poſſe.
l Græcè, repræſentat ſibi gravia & truculenta.
m derelictio & inopia.
n auxiliorum.
o Ægyptii.
p intolerabilem.
q licèt vigilarent, vacabant tamen ab omni opere, conturbati ſpectris &c.
r Ægyptiis.

perventura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant graviores tenebris *s*.

CAPUT XVIII.

I. Hebræi tanquam filii, ſapientiæ, luce gaudent ſed Ægyptii ſunt in tenebris & eorum primogenita cæduntur. 1.

II. Hebræi in ſeditione Core in medio incendii liberantur, offerente Aaron incenſum. 20.

1. SAnctis autem tuis *a* maxima erat *b* lux & horum *c* quidem vocem audiebant, ſed figuram *d* non videbant. Et quia non & ipſi eadem paſſi erant, magnificabant te:

2. & qui antè læſi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & ut eſſet differentia, donum petebant.

3. *e* Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitii præſtitiſti.

4. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſæculo *f* dari.

5. *g* Cùm cogitarent juſtorum occidere infantes: & uno expoſito filiò *h* & liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abſtuliſti, & *l* pariter illos perdidiſti in aqua valida.

6. Illa enim nox *m* antè cognita eſt à patribus noſtris *n*, ut verè ſcientes quibus juramentis *o* crediderunt, animæquiores *p* eſſent.

7. Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem juſtorum, injuſtorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læſiſti adverſarios: ſic & nos provocans magnificaſti.

9. Abſconsè enim ſacrificabant *q* juſti pueri bonorum, & juſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt: ſimiliter & bona & mala recepturos juſtos, patrum jam decantantes laudes.

10. Reſonabat autem inconveniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. *r* Simili autem pœnâ ſervus cum

s propter tenebras internas, malam conſcientiam &c.
a Hebræis, tibi dicatis.
b *Exod.* 10. 23.
c Ægyptiorum.
d & tenebras.
e *Exod.* 14. 24. *Pſalm.* 77. 24. & 104. 39.
f mundo.
g *Exod.* 1. 16. & 2. 3.
h Moyſe.
l *Exod.* 14. 27.
m qua cæſa ſunt primogenita.
n ſc. illis prædicta. Exod. 12.
o promiſſis divinis.
p ad credenda cætera.
q agnum paſchalem.
r *Exod.* 12. 30.

die hernach über ſie komen wurde. Alſo waren ſie ihnē ſelbſt auch vil beſchwerlicher/ dan die Finſternuß.

Das XVIII. Capitel.

I. Die Hebreer als Kinder der Weißheit wandelten im Liecht: die Egyptier in der Finſternuß/ 1.

II. Die Hebreer werden durch Aarons Opffer von der Straff zum Theil befreyet: die Egyptier aber und ihre Erſtgeborne erfahren den unverſöhnlichen Zorn GOttes/ 20.

1. ABer bey deinen Heiligen war ein ſehr groſſes Liecht: und ſie höreten zwar derſelbigen Stimm wol/ aber ihre Geſtalt ſahen ſie nit. Und ſie preiſeten dich höchlich / daß ſolches Leyden nit auch über ſie kommen war:

2. Sagten auch Danck/ daß ſie jetzt nit beſchädiget wurden/ da ſie zuvor beſchädiget waren: und begehrten Gnad/ damit ein Unterſchid wäre.

3. Darum haben ſie ein feurige / und brennende Saul zum Führer gehabt / auf dem unbekandten Weeg/ du haſt ihnen auch die Sonn / ohn Nachtheil der guten Herberg ſcheinen laſſen.

4. Zwar jene waren werth / daß ſie deß Liechts beraubet/ und im Kercker der Finſternuß im Leyden gehalten wurden/ die deine Kinder eingeſchloſſen und verwahret haben/ durch welche der Anfang gemacht worden iſt/ das unvergängliche Liecht deß Geſatzes der Welt zu geben.

5. Da ſie gedachten die unmündige Kinder der Gerechten zu tödten. Als auch ein Kind außgelegt/ und zu Durchführung derſelben errettet ward/ haſt du ein groſſe Meng ihrer Kinder hinweg genomē/ u. ſie ſelbſt alle zugleich im ſtarckē Waſſer umgebracht.

6. Zwar diſe Nacht iſt von unſern Vättern zuvor erkennt worden / damit ſie in der Warheit wüſten/ welchem Eyd ſie geglaubt hätten und beſſer zu friden wären.

7. Aber dein Volck hat das Heyl der Gerechten empfangen/ neben dem Untergang der Gottloſen.

8. Dan gleichwie du die Widerwärtige beſchädiget haſt/ alſo haſt du uns hervor gezogen / und groß gemacht.

9. Dan die gerechte Kinder der Frommen thäten heimliche Opffer / und verordneten einmüthig das Geſatz der Gerechtigkeit zu halten: daß auch die Gerechte Gutes und Böſes zugleich annehmen ſolten/ und ſungen nunmehr der Vätter Lob.

10. Dagegen aber erſchallete das unartige Geſchrey der Widerwärtigen/ und ward das klägliche Heulen gehöret/ damit die erſchlagene Kinder beweinet wurden.

11. Dan Herr und Knecht ſeynd mit gleicher

Straff geplaget worden/u. was ein gemeiner Mañ gelitten hat/das hat auch der König leiden müſſen.

12. Alſo hatten ſie ſamtlich unter einem Namen deß Tods zugleich unzahlbar vil Todte. Dan der Lebendigen waren nit genug/ſo die Todte begraben könnten: dieweil ihr allerherrlichſte Geburt in einem Augenblick vertilget ward.

13. Und da ſie zuvor um der Zauberey willen von allem nichts glaubten/ haben ſie zu der Zeit/ da die Erſtgeburt vertilget ward/ erſtlich bekandt/ daß es GOttes Volck ſey.

14. Dan da alle Ding ſtill und ruhig waren/ und die Nacht in ihrem Lauff zum halben Theil vorüber war/

15. Da ſprang dein allmächtigs Wort/ wie ein ſtrenger Kriegsmann/ auß dem Himmel vom Königlichen Thron mitten in das Land deß Verderbens hinab/

16. Und das ſcharpffe Schwerd/ das deinen ernſtlichen Befelch truge/ ſtund und erfüllete alles mit tödten/ reichte auch biß zum Himmel/ da es doch auf Erden ſtund.

17. Damahl wurden ſie plötzlich mit Geſichten und böſen Träumen ſehr erſchröckt/ und allerhand Forcht kam über ſie unverſehens.

18. Ein anderer/ als er halb todt dorthin geworffen war/ zeigete die Urſachen ſeines Tods an/ warum er ſterben müſte.

19. Dan die Geſicht/ welche ſie erſchröcket hatten ermahnten ſie zuvor: damit ſie nit ohn Erkandtnuß der Urſachen/ warum ſie alſo leyden müſten/ zu Grund giengen.

II. 20. Aber die Anfechtung deß Tods berührte auch zu der Zeit die Gerechte/ und erhub ſich eine Bewegung deß gemeinen Volcks in der Wüſten: doch wehrete dein Zorn nit lang.

21. Dan ein Menſch der unſträfflich war/ lieff eilends für die Völcker zu bitten/ und truge den Schild ſeines Dienſts hervor/ nemlich das Gebett/ und zohe durch Rauchwerck das Flehen an/ er widerſtund auch dem Zorn/ und machte dem Elend ein End/ und gab damit zu erkennen/ daß er dein Diener wär.

22. Er hat aber das Getümmel geſtillet/ nit mit Stärck deß Leibs/ noch mit Gewalt der Kriegsrüſtung/ſondern mit dem Wort hat er denſelben unterthänig gemacht/ der ihn plagte/ und hat den Eyd der Vätter ſamt dem Bund angezogen.

23. Dan nachdem die Todte ſchon Hauffenweiß übereinander gefallen waren/ iſt er darzwiſchen getretten/ und hat das Wütten gebrochen/ und den Weeg abgeſchnitten/der zu den Lebendigen führete.

domino afflictus eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus.

12. Similiter ergo omnes uno nomine *s* mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendum vivi ſufficiebant: quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata *t* eſt.

13. De omnibus enim non credentes *u* propter veneficia *x*, tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum, ſpoponderunt *y* populum Dei eſſe.

14. Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet,

15. omnipotens ſermo tuus de cælo à regalibus ſedibus, durus debellator in mediam exterminii terram *z* proſilivit,

16. gladius acutus inſimulatum *a* imperium tuum portans, & ſtans replevit omnia morte, & uſque ad cælum attingebat ſtans in terra.

17. Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbaverunt illos, & timores ſupervenerunt inſperati.

18. Et alius alibi projectus ſemivivus, propter quam moriebatur, cauſam demonſtrabat mortis.

19. Viſiones enim, quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant, ne inſcii, quare mala patiebantur, perirent.

II 20. Tetigit autem tunc & juſtos tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis: ſed non diu permanſit ira tua.

21. *b* Properans enim homo *c* ſine querela deprecari pro populis, proferens ſervitutis ſuæ ſcutum *d*, orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati *e*, oſtendens quoniam tuus eſt famulus.

22. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armaturæ potentiâ, ſed verbo illum, qui ſe *f* vexabat, ſubjecit, juramenta *g* parentum, & teſtamentum *h* commemorans.

23. Cùm enim jam acervatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit, & amputavit impetum, & diviſit illam, quæ ad vivos *l* ducebat viam.

s genere mortis ſc. primogenitorum.
t interempta.
u verbis Moyſis.
x magorum.
y confeſſi ſunt.
z Ægypti.
a non fictum ſed efficax.
b Num. 16. 46.
c Aaron.
d Græcè, myſterii ſui arma.
e Græcè calamitati.
f & populum Dei.
g promiſſa.
h pactum.
l interimendos.

24. *m* In veſte enim podêris, quam habebat, totus erat *n* orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat.

25. His autem ceſſit *o* qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens.

m Exod. 28. 6.
n figuratè deſcriptus.
o ignis vel angelus.

CAPUT XIX.

I. Hebræos perſequentes Ægyptii, poſt muſcas & ranas mari abſorbentur; 1.
II. Elementa Deo ſerviunt ad afflictionem malorum, & obſequium bonorum. 17.

1. IMpiis autem uſque in noviſſimum *a* ſine miſericordia ira ſupervenit. Præſciebat enim & futura illorum:

2. quoniam cùm ipſi permiſiſſent ut ſe educerent *b*, & cum magna ſolicitudine præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiâ acti.

3. *c* Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ *cc*: & quos rogantes projecerant, hos tamquam fugitivos perſequebantur:

4. ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas *d*: & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio:

5. & populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem novam mortem invenirent.

6. Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur, deſerviens tuis præceptis, ut pueri tui *e* cuſtodirentur illæſi.

7. Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aquâ, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio:

8. per quem omnis natio *f* tranſivit, quæ tegebatur tuâ manu, videntes tua mirabilia & monſtra *g*.

9. Tamquam enim equi *h* depaverunt eſcam, & tamquá agni exultaverunt, magnificantes te Domine, qui liberaſti illos.

10. Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum *m* facta fuerant, quemadmodum pro *n* natione animalium

a à primo uſque ad ultimum, id eſt omnibus.
b diſcederent.
c Exod. 14. 5.
cc Græcè, aliud inſanum conſilium.
d divinæ punitionis neceſſitas ſeu ordinatio conſequens eorum impœnitentiam.
e ſervi tui.
f Hebræorum.
g ſigna & prodigia.
h liberi & ſoluti.
m in Ægypto.
n loco naſcentium.

24. Dan in dem langen Kleyd biß auf die Füß / das er antruge / war der gantze Erdkreiß / und die Herrlichkeit der Vättern war in die vier Ordnungen der Steinen geſchnitten / und auf der Kron ſeines Haubts war dein Majeſtät außgeſchnitzlet.

25. Diſem allem iſt der Verderber gewichen / und hat ſich darfür geförchtet: dan es war genug / den Zorn allein zu verſuchen.

Das XIX Capitel.

I. Die Hebreer werden mit Wachtlen geſpeißt: die Egyptier im rothen Meer erſäuffet / 1.
II. Alle Elementen dienen GOtt zur Straff der Gottloſen / und zum Dienſt der Guten / 17.

1. ABer die Gottloſe hat der Zorn ohn Erbarmung biß zum äuſſerſten überfallen. Dan er wußte zuvor auch wol / was künfftig mit ihnen fürfallen wurde.

2. Dan als ſie ihnen den Außzug zugelaſſen / und ſie mit groſſer Sorgfältigkeit vorangeſchickt hatten / gereuete ſie es deſſelben / und folgten ihnen nach.

3. Dan dieweil ſie noch Leyd trugen / und beweineten die Todte bey ihren Gräbern / zohen ſie auß Unverſtand andere Gedancken zu Gemüt: und die ſie zuvor gebetten / und hinweg getriben hatten / eben denſelben ſetzten ſie nach / als wan ſie flüchtig wären:

4. Dan es zohe ſie ein billige Nothwendigkeit zu diſem End: und ſie lieſſen die Gedächtnuß deren Dingen fahren / die ſich zugetragen hatten: damit durch die Straff erfüllet wurde / was noch mangelte an ihren Plagen:

5. Damit auch dein Volck wunderlich hindurch gienge / ſie aber einen neuen Tod funden.

6. Dan alle Creaturen ſeynd von neuem zu ihrer Art widerum formiret worden, und haben deinem Befelch gedienet / auf daß deine Kinder unbeſchädiget bewahret wurden.

7. Dan ein Wolck überſchattete ihr Lager / und auß dem Waſſer / das zuvor war / ließ ſich das truckene Land ſehen / und ein Weeg im rothen Meer ohne Hindernuß / und auß dem ſehr tieffen Abgrund ein grünendes Feld.

8. Da iſt das gantze Geſchlecht hindurch gangen / und iſt mit deiner Hand bedecket worden / ſie ſahen auch deine Wunderwerck / und unerhörte Thaten.

9. Dan ſie haben die Speiſen genoſſen / wie die Roß / ſie ſprungen auch wie die Lämer / und lobeten dich / O HErr / der du ſie erlöſet haſt.

10. Dan ſie gedachten noch an die Ding / die ſich zugetragen hatten / da ſie noch im Land wohneten: wie das Land für die Geburt der Thieren / Fliegen

hervor gebracht/ u. der Fluß an ſtat der Fiſchen ein groſſe Anzahl Frösch herauß geworffen hat.

11. Endlich aber haben ſie auch ein neues Geſchöpff von Vöglen geſehen/ als ſie ſich durch ihren Luſt bewegen lieſſen/ Schleck-Speiſen zu begehren.

12. Dan es ſeynd Wachtlen vom Meer aufgeflogen ihren Luſt zu büſſen: aber den Sündern ſeynd die Plagen über den Halß kommen/ doch nit ohn vorher gehende Zeichen/ die auch zuvor geſchehen waren/ durch Gewalt deß Blitzens: dan nach ihrer Schalckheit haben ſie billich gelitten.

13. Dan ſie haben noch ein abſcheulichers Ding mit den Frembden fürgenommen: etliche zwar nahmen unbekandte Frembdling nit an: andere aber zwungen fromme Gäſt/ daß ſie ihnen dienen müßten.

14. Und diß nit allein/ ſondern es war auch noch ein anders bey ihnen zu mercken: dan ſie die außwendige ungern annahmen.

15. Welche aber die jenige mit Freuden aufnahmen die ſich ihren Satzungen auch gemäß hielten/ plagten ſie hernach dieſelbige mit grauſamer Marter.

16. Sie wurden aber mit Blindheit geſtrafft: wie jene an der Thür deß Gerechten/ da ſie plötzlich mit Finſternuß ſeynd bedecket worden/ daß ein jeglicher den Eingang zu ſeiner Thür ſuchte.

II. 17. Dan wan die Elementen in einander verändert werden/ das iſt als wan ſich auf einem Seitenſpiel der Klang ändert/ und alle Seiten halten gleichwol ihren Thon: wie man ſolches auß dem Augenſchein ohnfehlbar ermeſſen kan.

18. Dan die Thier/ ſo auf dem Land gehen/ wurden in Waſſerthier verändert: und alle ſchwimmende Thier kamen aufs Land.

19. Das Feuer ward über ſeine Krafft mächtig im Waſſer/ und das Waſſer vergaß ſeiner Natur nach zu löſchen.

20. Hingegen hat die Flamm das Fleiſch der verweßlichen Thieren/ die darinn umgiengen/ nit beſchädiget/ noch die gute Speiß ſchmeltzen gemacht/ die ſonſt wie Eiß leichtlich zerfloß. Dan HErr du haſt dein Volck in allen Dingen groß gemacht/ und hoch geehret/ und haſts nit verachtet/ ſondern biſt ihm zu allen Zeiten/ und an allen Enden beygeſtanden.

eduxit terra muſcas, & pro piſcibus eructavit fluvius multitudinem ranarum.

11. *o* Noviſſimè autem viderunt novam creaturam avium *p*, cùm adducti concupiſcentiâ poſtulaverunt eſcas epulationis.

12. In allocutione *q* enim deſiderii, aſcendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus ſupervenerunt, non ſine illis quæ antè facta erant, argumentis per vim fulminum: juſtè enim patiebantur ſecundùm ſuas nequitias.

13. Etenim deteſtabiliorem inhoſpitalitatem inſtituerunt *r*: alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii autem bonos *s* hoſpites in ſervitutem *t* redigebant.

14. Et non ſolum hæc, ſed & alius quidam reſpectus illorum erat, quoniam inviti recipiebant extraneos.

15. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eiſdem uſi erant juſtitiis *u*, ſæviſſimis afflixerunt doloribus *x*.

16. Percuſſi ſunt autem cæcitate *y*: ſicut *z* illi in foribus juſti, cùm ſubitaneis cooperti eſſent tenebris, unuſquiſque tranſitum oſtii ſui quærebat.

II. 17. In ſe enim elementa dum convertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt: unde æſtimari ex ipſo viſu *a* certò poteſt.

18. Agreſtia *b* enim in aquatica convertebantur: & quæcumque erant natantia *c*, in terram tranſibant.

19. Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliviſcebatur.

20. Flammæ econtrariò, corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec diſſolvebant illam, quæ facilè *d* diſſolvebatur ſicut glacies, bonam eſcam. In omnibus enim magnificaſti populum tuum Domine, & honoraſti, & non deſpexiſti, in omni tempore, & in omni loco aſſiſtens eis.

o Exod. 16. 13. Num. 11. 31. Sup. 16. 2.
p coturnicum.
q levamine.
r Ægyptii quàm Sodomitæ.
s Græcè, beneficos.
t indignant.
u legibus civilibus & inſtitutis.
x laboribus & verberibus.
y triduo illo tenebrarū.
z Gen. 19. 11.
a intuitu ſc. factorum.
b ſc. jumenta per mare tranſeuntia.
c ranæ, quæ vexarunt Ægyptios.
d Manna.

ECCLESIASTICUS
Jeſu Filii
SIRACH.

PROLOGUS.

1. MUltorum nobis, & magnorum *a* per legem, & prophetas, alióſque qui ſecuti ſunt illos, ſapientia demonſtrata eſt: in quibus oportet laudare Iſrael doctrinæ & ſapientiæ causâ,

2. quia non ſolùm ipſos loquentes neceſſe eſt eſſe *b* peritos, ſed etiam extraneos poſſe & dicentes & ſcribentes doctiſſimos fieri.

3. Avus meus Jeſus *c*, poſtquam ſe amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus noſtris traditi ſunt: voluit & ipſe ſcribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & ſapientiam pertinent:

4. ut deſiderantes diſcere, & illorum periti facti, magis magiſque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam.

5. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori ſtudio lectionem facere, & veniam habere *d* in illis, in quibus videmur ſequentes imaginem ſapientiæ, deficere in verborum compoſitione.

6. Nam deficiunt *e* verba Hebraica, quando fuerint tranſlata ad alteram linguam.

7. Non autem ſolùm hæc, ſed & ipſa lex, & prophetæ, ceteráque aliorum librorum, non *f* parvam habent differentiam, quando *ff* inter ſe dicuntur.

8. Nam in octavo & trigeſimo anno temporibus Ptolomæi Evergetis regis *g*, poſtquam perveni in Ægyptum, & cùm multum temporis ibi fuiſſem, inveni ibi libros relictos, non parvæ, neque contemnendæ doctrinæ.

9. Itaque bonum & neceſſarium putavi & ipſe aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum iſtum:

10. & multâ vigiliâ attuli doctrinam in ſpatio temporis, ad ilia, quæ ad finem du-

ECCLESJASTJCUS/
Oder die Weißheit Jeſu / deß Sohns
SJRACH.

Die Vorred.

1. ES iſt uns viler und groſſer Leuten Weißheit durch das Geſatz / auch durch die Propheten und andere / die hernach gefolget seynd / kund gethan worden: dahero man Jſrael der Lehr und Weißheit halben billich loben muß:

2. angeſehen daß nit allein / die alſo reden / gelehrt seyn müſſen / ſondern daß auch andere Frembde darauß durch reden und ſchreiben ſehr gelehrt werden können.

3. Dieweil dan mein Großvatter Jeſus ein geraume Zeit auf die Leſung deß Geſatzs / der Propheten / und anderer Bücher / welche von unſern Vättern hinterlaſſen worden / mit Fleiß zu leſen ſich begeben hat / ſo hat er auch ſelbſt etwas von den Dingen ſchreiben wollen / die zur Lehr und Weißheit gehören:

4. damit die jenige / welche Luſt haben zu lernen / nachdem ſie darinn unterrichtet worden / mit dem Hertzen mehr und mehr aufmercken / und beſtätiget werden / ein aufrichtiges Leben zu führen.

5. Derowegen ermahne ich euch / ihr wollet mit guter Neigung herzu kommen / und mit groſſer Aufmerckung diſes leſen / uns auch verzeyhen / was wir in Dolmetſchung der Wort / dieweil wir dem Bild der Weißhe t nachgehen / nit treffen.

6. Dan die Hebreiſche Wort verlieren ihre Krafft / wan ſie in andere Sprachen überſetzt werden.

7. Wiewol nit allein diſes / ſondern auch das Geſatz ſelbſt / ſamt den Propheten und andern Büchern nit geringen Unterſchid haben / wan ſie gegen einander verleſen werden.

8. Nachdem ich aber zur Zeit Ptolomäi Evergetis / im acht und dreyſſigſten Jahr / in Egypten kommen / und mich allda eine gute Zeit aufgehalten / hab ich daſelbſt hinterlaſſene Bücher gefunden / welche von groſſer Lehr / und nit zu verachten waren.

9. Derwegen hab ich für gut und nothwendig angeſehen / daß ich auch Fleiß und Müh anwendete / diß Buch zu verdolmetſchen:

10. und hab die Zeit über mit groſſer Arbeit die Lehr zuſammen getragen / und diß Buch vollendet / daſſelbig

a myſteriorum.
b Græcè, ſcri.
c Quem unum ex Septuaginta interpretibus fuiſſe multi volunt.
d Græc. *dare*.
e Gr. *non parem vim habent*.
f i. multùm differunt à verbis & ſententiis Hebræis
ff Gr. *in ſe*, & in propria ſua lingua. Hinc colligere eſt, jam tum & Prophetas & alios ſacros libros ex Hebræo verſos. Utrum autem ab Septuaginta interpretibus, ſub Ptolomæo Philadelpho (ann. M. 3719. ante Chr. 285.) dubitant nonnulli: Negat verò Hieronymus (*lib*. 2. *Comment. in Ezech. cap*. 5. *cum lib*. 1. *c*. 16.) cum Joſepho & ſcholâ Judæorum. Vide notas ad cap. 11. Eſther.
g Evergetis ſecundi ſive

daſſelbig denen auch mittheilen wollen / ſo aufzumercken und zu lernen begehren/

11. Wie die ihren Wandel anſtellen ſollen/ welche Vorhabens ſeynd/nach dem Geſatz deß HErrn/ ihr Leben zu führen.

Das I. Capitel.

I. Die Weißheit hat ihren Anfang und Urſprung von GOTT/ 1.
II. Die Forcht und Liebe GOttes iſt das rechte Mittel/ die Weißheit zu erlangen/ 11.
III. Auch die Gerechtigkeit/ und andere Tugenden/ 33.

ALle Weißheit iſt von GOTT dem HErrn: ſie iſt auch immerdar bey ihm geweſen/ und iſt vor allen Zeiten.

2. Wer hat den Sand deß Meers/ und die Tropffen deß Regens / und die Täg der Welt gezehlet? Wer hat die Höh deß Himmels/ und die Breit der Erden/ und die Tieff deß Abgrunds gemeſſen?

3 Wer hat die Weißheit GOttes durchforſchet/ die vor allen Dingen hergehet?

4. Die Weißheit iſt am erſten geſchaffen vor allen Dingen/ und der Verſtand der Fürſichtigkeit vor Anfang der Zeit.

5. Der Brunn der Weißheit iſt GOttes Wort in der Höh/ und ihr Eingang/ ſeynd die ewige Gebott.

6. Wem iſt die Wurtzel der Weißheit entdecket/ und wem iſt ihre Behendigkeit kund worden?

7. Wem iſt die Lehr der Weißheit entdecket/ und offenbahret? und wer verſtehet ihre vilfältige Weg?

8. Einer iſt der allerhöchſt allmächtige Schöpffer, ein mächtiger König/ der hoch zu förchten iſt/ und ſitzt auf ſeinem Thron / ein herrſchender GOTT.

9. Der hat ſie durch den heiligen Geiſt erſchaffen/ und hat ſie geſehen und gezehlet / und gemeſſen.

10. Er hat ſie auch ausgoſſen / über alle ſeine Werck/ und über alles Fleiſch nach ſeiner Gab / und hat ſie denen geſchencket/ die ihn lieb haben.

II. 11. Die Forcht deß HErrn iſt Ehr / und Ruhm / und Freud / und eine Cron deß Frolockens.

12. Die Forcht deß HErrn wird das Hertz erluſtigen/ ſie wird Freud und Wonn geben/ und ein langes Leben.

13. Wer den HErrn förchtet/ dem wirds am

cunt, librum iſtum dare, & illis qui volunt animum intendere, & diſcere

11. quemadmodum oporteat inſtituere mores, qui ſecundùm legem Domini propoſuerint vitam agere.

CAPUT I.

I. Sapientia Dei incomprehenſibilis, in creaturis relucet, & originem à Deo trahit, 1
II. Deus illam dat diligentibus ac timentibus ipſum: nam timor Domini, & ſapientiam, & juſtitiam. 11.
III. Cum reliquis virtutibus affert. 33.

OMNIS *a* ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum.

2. Arenam maris, & pluviæ guttas, & dies ſæculi quis dinumeravit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt?

3. ſapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigavit? *b*

4. Prior omnium creata *c* eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab ævo.

5. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis *d*, & ingreſſus illius mandata æterna.

6. Radix ſapientiæ cui revelata eſt, & aſtutias illius *e* quis agnovit?

7. Diſciplina ſapientiæ cui revelata eſt, & manifeſtata? & multiplicationem ingreſſûs illius *f* quis intellexit?

8. Unus eſt altiſſimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus.

9. Ipſe creavit *g* illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit, & menſus eſt.

10. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundùm datum ſuum *h*, & præbuit illam diligentibus ſe.

II. 11. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.

12. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.

13. Timenti Dominum benè erit in

Phyſionis, cujus annus 38. ab eo ſcilicet tempore quo cum fratre Philometore regnare cœperat, incidit in annum M 3873. ante Chr. 131. Atque adeo ano. 154. poſt egregiè navatam operam Septuaginta interpretum Pontificatum tunc gerente Hircano, Simonis Machabæi filio.

a 3. *Reg.* 3. 9. & 4. 29.
b magis incomprehēſibilis eſt.
c genita & prædeſtinata ante omnia.
d excelſum, & increatū.
e rationes vias, & modos, quibus omnia diſponit & gubernat.
f multiplices ejus vias & ſemitas.
g produxit, quocunque diſimum modo producendi.
h donum ſuum.

extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.

14. Dilectio Dei honorabilis ſapientia.

15. Quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum.

l Pſal. 110. 10. *Prov.* 1. 7. & 9. 10.

16. *l* Initium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulva *m* concreatus eſt, cum electis feminis graditur, & cum juſtis & fidelibus agnoſcitur.

m ab infantia.

n eſt ſciens prudens & vera religio

17. Timor Domini, ſcientiæ religioſitas *n*.

18. Religioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit.

o mortis.

19. Timenti Dominum benè erit, & in diebus conſumationis *o* illius benedicetur.

20. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum, & plenitudo à fructibus illius.

21. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à theſauris illius.

p plenam afferens pacem.

22. Corona ſapientiæ, timor Domini, replens *p* pacem, & ſalutis fructum:

23. & vidit, & dinumeravit eam: utraque autem ſunt dona Dei.

24. Scientiam, & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur: & gloriam tenentium ſe, exaltat.

q adeoque & fructus.

25. Radix ſapientiæ eſt timere Dominum, & rami illius *q* longævi.

26. In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus ſapientia.

27. Timor Domini expellit peccatum:

28. nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt.

29. Uſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis.

r vir boni ſensûs.

30. Bonus ſenſus *r* uſque in tempus abſcondet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius.

31. In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ:

End wohl gehen / und er wird am Tag ſeines Hinſcheidens geſeegnet werden.

14. Die Lieb GOTTES iſt ehrliche Weißheit.

15. Denen ſie ſich aber im Geſicht offenbahret / die haben ſie aus dem Anſehen lieb / und aus Erkanntnuß ihrer groſſen Thaten.

16. Die Forcht deß HErrn iſt ein Anfang der Weißheit / ſie iſt mit den Glaubigen in Mutterleib erſchaffen / und wandelt mit den auserwehlten Weibern man erkennet ſie auch bey den Gerechten und Glaubigen.

17. Die Forcht deß HErrn iſt ein gottſeelige Erkanntnuß.

18. Gottſeeligkeit wird das Hertz bewahren / und fromm machen / auch Luſt und Freud geben.

19. Wer den HErrn förchtet / dem wirds wohl gehen / und er wird in den Tagen ſeiner Hinfahrt Seegen haben.

20. GOTT förchten iſt vollkommene Weißheit: und die Völle kommt von ihren Früchten.

21. Sie wird ſein gantzes Hauß mit Gewächs / und die Keller mit ihren Schätzen anfüllen.

22. Die Forcht deß HErrn iſt eine Cron der Weißheit: ſie gibt vollkommenen Friden / und die Frucht deß Heyls:

23. Und er hat ſie geſehen / und gezehlet: aber beyde ſeynd Gaben GOttes.

24. Die Weißheit wird austheilen die Erkanntnuß u den Verſtand der Fürſichtigkeit zugleich / u. welche ſich an ſie haltẽ die bringet ſie hoch zu Ehren.

25. Den HErrn förchten iſt die Wurtzel der Weißheit / und ihre Zweig ſeynd ein langes Leben.

26. In den Schätzen der Weißheit iſt Verſtand / und gottſeelige Erkanntnuß: aber die Weißheit iſt den Sündern ein Greuel.

27. Die Forcht deß HErrn vertreibet die Sünd.

28. Dan wer ohn Forcht iſt / der kan nit gerechtfertiget werden: dan ſein zornmüthiger Eifer bringt ihn zum Verderben.

29. Wer gedultig iſt / der wird übertragen ein zeitlang / darnach wirds ihm mit Freuden vergolten.

30. Wer klug und verſtändig iſt / der wird ein zeitlang mit der Red inhalten / und viler Menſchen Lefftzen werden ſeinen Verſtand rühmen.

31. In den Schätzen der Weißheit iſt Nachricht *a* zu guter Zucht:

32. A-

a Bericht / Unterweiſung.

32. Aber der Gottesdienſt iſt dem Sünder ein Greuel:

III. 33. Begehreſtu Weißheit mein Sohn/ ſo halte die Gerechtigkeit/ und GOTT wird ſie dir geben.

34. Dan die Forcht deß HErrn iſt Weißheit und Zucht: Er hat ein Wohlgefallen

35. An Glaub und Sanfftmuth/ und wird einem ſolchen ſeine Schätz erfüllen.

36. Hab kein Mißtrauen an der Forcht des HErrn/ und komm nit zu ihm mit einem doppleten Hertzen.

37. Sey kein Heuchler vor den Augen der Menſchen/ und ſtoß nit an mit deinen Lefftzen.

38. Hab acht auf ſie damit du villeicht nit falleſt/ und dein Seel in Schand und Unehr bringeſt:

39. Und GOtt entdecke/ was in dir verborgen iſt/ und werffe dich mitten in der Verſammlung hernider:

40. Dieweil du mit boßhafftigem Gemüth zum HErrn getretten biſt/ da dein Hertz voller Liſt und Betrug war.

Das II. Capitel.

I. Wer GOtt dienen will/ der muß ſich zur Anfechtung/ Gedult/ und Demuth ſchicken/ 1.
II. Wohl allen denjenigen die GOtt förchten und auf ihn hoffen/ 7.
III. Weh aber den Mißtrauenden und Gedultloſen/ 14.

1. MEin Sohn/ wan du den Gottesdienſt antretten wilt/ ſo ſtehe in Gerechtigkeit und in der Forcht/ und bereite dein Seel zur Anfechtung.

2. Verdemüthige dich in deinem Hertzen/ und leide: neige dein Ohr/ und nimm die Red deß Verſtands an: und halt dich ein zur Zeit der einfallenden Betrübnuß.

3. Trage/ was dir GOtt zu tragen aufflegt: vereinige dich mit GOtt/ und ſey gedultig/ damit dein Leben im letzten zunehme.

4. Nimm alles an/ was dir zugefüget wird/ und trage es in Schmertzen/ und hab Gedult in deiner Demuth.

5. Dan Gold und Silber wird im Feuer bewehret/ aber die Menſchen/ welche angenehm ſeynd/ im Ofen der Trübſal.

6. Glaube GOtt/ und er wird dich wider zu recht bringen/ mache deinen Weg richtig und vertraue auf ihn. Halte dich in ſeiner Forcht/ und verharre darin biß ins Alter.

II. 7. Die ihr den HErrn förchtet/ wartet auf ſein Barmhertzigkeit: und weichet nit ab von ihm/ daß ihr nit fallet.

32. execratio autem peccatori, cultura *s* Dei.

III. 33. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerva juſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.

34. Sapientia enim & diſciplina timor Domini: & quod beneplacitum eſt illi,

35. fides *t*, & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius *u*.

36. Ne ſis incredibilis *x* timori Domini: & ne acceſſeris ad illum duplici corde.

37. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominũ, & nõ ſcandalizeris *y* in labiis tuis.

38. Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem *z*,

39. & revelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te:

40. quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallaciâ.

Caput II.

I. Deo ſerviturus ſtet in juſtitia, Dei timore & patientiâ; 1
II. Timentes verò Deum credant, fidántque in illum, ut maximos inde fructus accipiant: 7
III. Væ autem incredulis & impatientibus. 14

1. FIli accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem *a*.

2. Deprime cor tuum *b*, & ſuſtine: inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectus: & ne feſtines in tempore obductionis *c*.

3. Suſtine ſuſtentationes Dei: conjungere Deo *d*, & ſuſtine, ut creſcat in noviſſimo vita tua *e*.

4. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe:

5. *f* quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.

6. Crede Deo, & recuperabit te *ff*: & dirige viam tuam, & ſpera in illum. Serva timorem illius, & in illo veteraſce.

II. 7. Metuentes Dominum ſuſtinete *g* miſericordiam ejus: & non deflectatis ab illo ne cadatis.

s ſeu cultus
t ſeu fidelitas.
u qui hæc obſervabit.
x incredulus.
y offendas.
z dedecus.
a *Matth.* 4. 1. 1. *Tim.* 3. 12.
b ne intumeſcat.
c afflictionis
d glutino amoris & reſignationis.
e vita gratiæ & gloriæ.
f *Sap.* 3. 6.
ff eruens ex anguſtiis.
g expectate

8. Qui timetis Dominum, credite illi: & non evacuabitur *b* merces veſtra.

b fruſtrabitur.

9. Qui timetis Dominum, ſperate in illum: & in oblectationem veniet vobis miſericordia.

10. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.

11. Reſpicite filii nationes hominum: & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt.

12. *l* Quis enim permanſit in mandatis ejus, & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum?

l Pſal. 30. 1.

13. Quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate.

III. 14. Væ duplici corde *m*, & labiis ſceleſtis, & manibus malefacientibus, & peccatori *n* terram ingredienti duabus viis. *o*

m ficto & hypocritico
n 3. Reg. 18. 21.
o nunc in hanc nunc in illam partem claudicanti.

15. Væ diſſolutis corde, qui non credunt Deo: & ideò non protegentur ab eo.

16. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam *p*, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas.

p patientiā.

17. Et quid facient, cùm inſpicere *q* cœperit Dominus?

q inquirere.

18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles *r* verbo illius: & *s* qui diligunt illum, conſervabunt viam illius.

r increduli & diffidentes.
s Joan. 14. 23.

19. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur *ſſ* lege ipſius.

ſſ ditabuntur per obſervantiam legis.

20. Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas *t*.

t ut Deus in illis habitet.

21. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt uſque ad inſpectionem illius *u*,

u donec viſitet & liberet.

22. dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

23. Secundùm enim magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt.

CAPUT III.

I. Honor parentum Dei meretur benedictionem, & inhonoratio maledictionem: 1
II. Manſuetudo & modeſtia animi laudatur contra curioſitatem; 19.
III. Væ cordi duro, nequam & ſuperbo ſed ſapiens & eleemoſynam tribuens beatificatur. 27.

8. Die ihr den HErrn förchtet glaubet ihm und eure Belohnung wird nit ausbleiben.

9. Die ihr den HERRN förchtet hoffet auf ihn/ ſo wird euch Gnad und Barmhertzigkeit mit Freuden widerfahren.

10. Die ihr den HErrn förchtet/ habt ihn lieb/ ſo ſollen eure Hertzen erleuchtet werden.

11. Meine Kinder/ ſehet an der Menſchen Geſchlecht/ und wiſſet/ daß keiner iſt zu Schanden worden/ der auf den HErrn gehofft.

12. Dan wer iſt in ſeinen Gebotten bliben/ und iſt verlaſſen worden? oder wer hat ihn angeruffen/ den Er verachtet hat?

13. Dan GOtt iſt gütig und barmhertzig: und wird am Tag der Trübſal die Sünd vergeben: Er beſchirmet auch alle/ die ihn in der Warheit ſuchen.

III. 14. Weh den zweyfachen Hertzen/ und den boßhafftigen Leffzen/ und den Händen/ die Böſes thun/ und dem Sünder/ der im Land auf zweyen Weegen wandlet.

15. Weh den zaghafftigen Hertzen/ die GOtt nit glauben/ darum ſie auch von ihm nit beſchirmet werden.

16. Weh denen/ welche die Gedult verlohren/ und die rechte Weg verlaſſen haben/ und ſeynd auf verkehrte Weg abgewichen.

17. Was wollen ſie thun/ wan der HErr anfahen wird ein Einſehen zu haben.

18. Die den HErrn förchten/ die werden auf ſein Wort kein Mißtrauen haben: und die ihn lieb haben/ werden ſeinen Weeg bewahren

19. Die den HErrn förchten werden ſuchen/ woran Er ein Wolgefallen hat und die ihn lieb haben/ ſollen mit ſeinem Geſatz erfüllet werden.

20. Die den HErrn förchten/ die werden ihre Hertzen bereiten/ und ihre Seelen vor ſeinem Angeſicht heiligen.

21. Die den HErrn förchten/ die halten ſeine Gebott/ und werden Gedult tragen/ biß er ſie wird anſehen.

22. Und ſagen: Im fall wir nit Buß thun/ ſo werden wir in deß HErrn/ und nit in die Händ der Menſchen fallen.

23. Dan ſo groß ſeine Majeſtät iſt/ ſo groß iſt auch mit ihm ſein Barmhertzigkeit.

Das III. Capitel.

I. Groſſen Seegen verdient die Lieb/ und Ehr gegen den Eltern/ groſſe Schand das Widerſpiel/ 1.
II. Sanfft- und Demuth wird hoch geprifen/ 19.
III. Unbarmhertzigkeit nimmt ein böß End/ Barmhertzigkeit ein gutes/ 27.

1. Die

b Unglauben.

1. DJe Kinder der Weißheit ſeynd die Verſamlung der Gerechten: und ihr Geſchlecht iſt gehorſam und Lieb.

2. Höret euers Vatters Urtheil meine Kinder/ und handelt alſo/damit euch Heyl widerfahre.

3. Dan GOtt ehret den Vatter durch die Kinder: und Er hat das Urtheil der Mutter über die Kinder erforſcht/ und beſtätiget.

4. Wer GOtt lieb hat/ der wird umb Verzeihung der Sünd bitten/ und im Gebett/das er täglich thut/ erhört werden.

5. Wer ſein Mutter ehret / der iſt wie einer/der Schätz ſammlet:

6. Und wer ſeinen Vatter ehret/ der wird Freud haben an ſeinen Kindern / und wird erhöret werden an dem Tag/ wan er ſein Gebett thut.

7. Wer ſeinen Vatter ehret der wird deſto länger leben: und wer dem Vatter gehorſam iſt/ der wird ſeine Mutter ergötzen.

8. Wer den HErrn förchtet der ehret ſeine Eltern/ und dienet den jenigen/ von welchen er geboren iſt/ wie ſeinen Herrn.

9. Ehre deinen Vatter mit der That/mit Worten und mit aller Gedult:

10. Auf daß von ihm der Seegen über dich komme/ und daß ſein Seegen biß zum End bleibe.

11. Der Seegen deß Vatters befeſtiget die Häuſer der Kinder: aber der Mutter Fluch reiſſet die Fundament heraus.

12. Erfreue dich nicht über die Schmach deines Vatters: dan ſeine Schand iſt dir kein Ehr:

13. Dan deß Menſchen Ehr iſt von der Ehr ſeines Vatters/ und ein unehrlicher Vatter iſt dem Sohn eine Schand.

14. Mein Sohn gedulte b deinen Vatter im Alterthum/ und betrübe ihn nit in ſeinem Leben.

15. Wan er auch am Verſtand abnimt/ſo habe Gedult mit ihm/und verachte ihn nit in deiner Stärck. Dan die Barmhertzigkeit/ welche du deinem Vater erzeigeſt/wird nit vergeſſen werden:

16. Und das Gut ſo du für deiner Mutter Sünd thuſt/ wird dir erſtattet werden.

17. Und du wirſt in Gerechtigkeit erbauet werden/ und am Tag der Trübſal wird man an dich gedencken: und deine Sünd werden zergehen/ wie Eiß zerſchmeltzet im guten Wetter.

18. Was für einen böſen Namen hat der/ ſo ſeinen Vatter verlaſſet? es iſt auch von GOtt verflucht/ der ſeine Mutter erbittert.

b nimme auf.

1. FIlii *a* ſapientiæ, eccleſia juſtorum: & natio *b* illorum, obedientia & dilectio *c*.

2. Judicium patris audite filii, & ſic facite ut ſalvi ſitis.

3. Deus enim honoravit patrem in filiis *d*: & judicium matris exquirens, firmavit in filios *e*.

4. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

5. Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.

6. Qui honorat patrem ſuum, jucundabitur in filiis *f*, & in die orationis ſuæ exaudietur.

7. Qui honorat patrem ſuum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8. Qui timet Dominum honorat parentes, & quaſi dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt.

9. *g* In opere & ſermone, & omni patientiâ honora patrem tuum,

10. ut ſuperveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in noviſſimo maneat.

11. *h* Benedictio patris firmat domos *l* filiorum: maledictio autem matris eradidicat fundamenta.

12. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ejus confuſio:

13. gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore.

14. Fili ſuſcipe *m* ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius:

15. & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute *n* tua: eleemoſyna *o* enim patris non erit in oblivione *p*.

16. Nam pro peccato matris *q* reſtituetur tibi bonum *r*,

17. & in juſtitia ædificabitur *ſ* tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies ſolventur peccata tua.

18. Quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.

a genuini.
b proles.
c ſunt obedientes & diligentes Deum & proximum.
d his præcipiendo, ut patrem honorent.
e matris imperium.
f ſuis ipſa
g *Exod.* 20 12. *Deut.* 5. 16. *Matt.* 15 4. *Marc.* 7. 10 *Eph.* 6. 2.
h *Gen.* 27. 27. & 49.
l familias.
m ſubleva & fove.
n quod illo ſis fortior, prudentior, &c.
o beneficentia exhibita patri.
p apud Deū
q ſi patienter toleres ejus moleſtiam & injuriam.
